DE

SUPPUTANDIS

APUD ARABES SICULOS

# TEMPORIBUS

EXCELLENTISSIMO VIRO

# DOMINICO CARACCIOLO

## VILLÆMAINÆ MARCHIONI

AB INTIMIS FERDINANDI III. SICILIÆ REGIS CUBICULIS, ET SANCTI JANUARII CINGULO INSIGNITO, A SUPREMIS EJUSDEM REGIS CONSILIIS, ET A SECRETIS IN NEGOTIIS AD SACRAM DOMUM, ET AD EXTERAS GENTES PERTINENTIBUS, CURSUI PUBLICO PRÆFECTO ET. C.

*Effluxit jam annus, Excellentissime Domine, postquam, quum pro Rege Siciliam administrares, me in Sicula Saracenorum historia illustranda diligentissime occupatum jussisti arabicam linguam, quo mihi tutiorem ad id viam munirem, ediscere. Itaque quum & antea maxime id necessarium esse intelligerem, Tua auctoritas, quippe & inge-*

*genio, & eruditione præstantissimus es, non solum me vehementer permovit, sed tantis etiam stimulis concitavit, ut nulla a proposito consilio vi retrahi, avocarique possem. Quare & si Magistris deficerer, unis tantum ducibus libris, undique impeditum difficultatibus iter ingressus, non infelici inde successu, ni fallor, emergere conatus sum. Præterea quum & omnis literaturæ studia tuearis, ac foveas, mea in primis ita adjuvisti, ut nil, quod mihi usui esse posset, prætermitteres, nullamque pene molestiam non ferendam putares, quo meditatum diu opus ipse perficerem. Uni enim Tibi, Tuæque operæ, ut cetera omittam, debeo, quod a celeberrimo Barthelemyo Asiæ linguarum scientissimo e Regiæ Parisiensis bibliothecæ manuscripto Alnovairj codice excerptam, transcriptam, versamque Siculam Historiam haud unquam alias editam acceperim. Jure ergo mihi quos ex arabicis ipse literis flosculos delibavi, primosque carpsi fructus Tibi potissimum tribuendos, inscribendosque, atque exiguum hoc rerum*

*Si-*

*Sicularum ſpecimen Tuo exornandum nomine decrevi. Ita enim quum putavi Tibi bene de me merito gratum me præbiturum, tum ſpero, ſi Tuum labores mei patrocinium nanciſcantur, fore, ut alia etiam per Te a Rege ſubſidia obtineam in edendis hiſtoriæ Arabicæ Siculæ monumentis multis abhinc annis ſummo undique labore conquiſitis, & ea qua potui diligentia a me illuſtratis. Benigno itaque animo, quæ Tua eſt conſuetudo, meum hoc qualecumque opuſculum accipe, meaque ſtudia, ut jam pridem tuere, Teque literis, Siculæque eruditioni incolumem diutiſſime ſerves. Vale. Panormi. Anno MDCCLXXXVI. V. Jdus Julii.*

*Excellentiſſ. Amplit. T.*

Dedititiſſimus
Roſarius Gregorio Eccl. Panor. Canonicus.

# DE SUPPUTANDIS APUD ARABES SICULOS TEMPORIBUS.

EXploratum omnibus est nullo rerum gestarum ordine contineri, explicarique historiam posse, nisi accurata temporum ratio adhibeatur: remque esse pervagatam, & vulgarem haudquaquam temporum doctrinam posse ab historia divelli. Quum vero multis abhinc annis ad rerum Sicularum studium animum contulissem, eamque præcipue partem illustrandam delegissem, quæ Saracenica tempora complectitur, quæque tenebris obtecta penitus delitescit, postquam multa ejus generis monumenta conquisierim, nihil antiquius habui, nihilque magis necessarium existimavi, quam certam fixamque recensendorum temporum formam, rationemque statuere, sine qua vel diligentissimus Scriptor nihil quod firmum ratumque sit, nec, ut ita dicam, ubi pedem ponere queat in tam lubrico, ac perdifficili variarum rerum itinere habebit. Accessit præterea, quod quum nonnullos codices, atque alia id genus Arabum monumenta hic propediem edere paremus, in iisque insigne annorum initium, quod æram vocant, Arabum proprium, notetur, de ea, veluti quadam prolusione, differere operæ pretium esse duxi, ut com-

perta nobis ratio ſit, quam in numerandis, notandiſque temporibus Siculi Arabes uſurpabant.

Quidnam Hegira?

Verumenimvero nolo hic rem ſub initium altius repetere, neque in technicam chronologiam inquirere, neque canones hic exhibere, quibus anni variarum gentium, atque epocharum intelligi atque comparari inter ſe queant. Supervacaneum profeсto, atque inutile opus aggrederer: & poſt tot chronologicas diſputationes, poſt abſolutiſſimum Petavii opus, poſt tot tabulas, ſupputationeſque chronologicas actum agerem, & fortaſſis Crœſi pecuniis teruntium adderem. Ea tantummodo hic exponere animus eſt, quæ ignota vulgo, aut ſcitu digniſſima ſunt, quæque æræ ſaracenico-Siculæ uberrimam lucem affundunt. Præſtituendum igitur inprimis eſt, Arabes, quum poſt Muhammedem, mutata Imperii, & Religionis forma, in novam gentem coaluerint, novoſque ſibi mores & ritus conſtituerint, quumque annorum æra ad iſtud temporis Arabibus nulla fuerit, etiam novæ æræ condendæ animum appuliſſe. Suos profecto menſes habebant lunares, atque annum idcirco lunarem: nihil ergo reliquum erat, quam terminum figere, a quo annorum computum ordirentur. Iſque fuit emigratio Muhammedis ex Mecca ad Medinam, adeoque hanc æram *Hegiram* ſeu *fugam*, *emigrationem*, *exilium* nuncupavere.

Origo hiſtorica Hegiræ.

Sed quomodo res hæc ſeſe habuerit, fuſius expo-

ponendum mihi eſt. Conſtat apud rerum arabicarum Scriptores hujuſmodi populum ante Hegiræ inſtitutionem, ſeu uſque ad Imperium Omar ben Chottab tertii a Muhammede Chalifæ nullam habuiſſe æram, ſed annos ſupputaſſe ab aliquo memorabiliori facto, vel ab noviſſimo inſigniori prælio, quod ipſi geſſiſſent (*a*). Ita factitatum fuit ſub Muhammede primo Arabum Imperatore ſimul & Pontifice, ita etiam ſub Abu Becr ejus ſucceſſore. „ Chalifatum vero adminiſtrante Omar, aliquando ipſi exhibitæ fuerunt tabulæ, in quibus menſis Shaaban ( qui eſt anni octavus ) adnotatus erat. Sed menſe quidem, non autem anno ſignato, non liquere ajebat Omar, cujus anni menſis ille ſit, hujuſne præſentis, an alterius cujuſcumque. Quo fiebat, ut perturbationes in publico privatoque commercio, in tabulis rerum ab unoquoque agendarum, quod æra deeſſet metuendæ neceſſario ſequerentur. Accedebat his, quod quum Omar eos in concilium coegiſſet, qui Muhammedi olim familiares, & addicti fuerant, ſubjecit, eſſe quidem ingentes Moſlemorum reditus a tot tantiſque ſubactis provinciis, at quod ex illis expenſum, & diſtributum hactenus fuiſſet, neque ſcripto, neque certo tempore comprehenſum id eſſe. Velle itaque noſſe, qua optima methodo quæſtus, & ſumptus ratio contineri queat. Quum illi vero repoſuiſſent opor-

(*a*) Vid. Prideaux in vita Muhammedis, & Chronologiam univerſalem Hagji Chalifæ pag. 7. Venetiis 1679.

oportere id e Perfarum moribus, & inftitutis intelligi, protinus arceffitus Hormozanus refpondit, Perfis modum effe computandi numerum menfium, & dierum, perfico fermone *Mahruz* dictum. Hanc vocem in proprium fermonem Arabes invexere, & fecerunt *Tarich*, quæ nihil aliud fignificat, quam modum computi temporum. Ubi id fuit præftitutum, figendus erat terminus, a quo computum ordirentur. Confenfere igitur omnes in id, ut annus celeberrimæ fugæ Muhammedis e Mecca ad Medinam exordium æræ moslemicæ effet. Accidit autem hæc fuga, poftquam hujus anni elapfi effent menfis primus feu Muharram, & fecundus feu Safar, & octo dies Rabia prioris, feu tertii. Quum itaque decretum effet hanc fugam in æræ novæ principium, & veluti fundamentum adfcifcere, computarunt retrorfum, & duos illos menfes, & octo dies de anno fugæ, ante fugam elapfos, anno, quo hic integer effet, addentes, initium æræ a Kalendis primi menfis ejufdem anni fecerunt „ Hæc ex Abulfeda (*a*). En origo celeberrimæ Hegiræ apud Muhammedanos, cujus initium refpondet anno Chrifti DCXXII. XVI. Julii feria VI., Heraclio rerum potiente.

Univerfalis apud Arabes Muhammedanos Hegiræ ufus.

Hac æra ftatuta, protinus Omar annos in quodcumque genus fcriptis notari fanxit, initio nimirum a Mu-

(*a*) Abulfedæ Annales Moslemici. Latinos ex arabicis fecit Jo. Jacobus Reifcke. Lipfiæ 1778. Tom. I. pag. 19.

a Muhammedis fuga facto (*a*). Atque hic mos annos ab Hegira numerandi tam longe lateque per totum qua patebat Imperium muhammedanum invaluit, ut nedum in tabulis publici privatique commercii æra consignaretur, sed in cujusvis genus publicis monumentis. Sic tum sub Chalifis Ommiadis, tum sub Abbassidis, tum in quacumque alia Saracenorum dynastia nummi, exigui quamvis moduli, annorum nota insigniti sunt (*b*). Quem deinde morem antiquitati incognitum posteriori ævo sequuti nos sumus, isque profecto non parum momenti habet ad certas annorum, & historiæ epochas dignoscendas. Idem factitarunt in lapidibus, & inscriptionibus, ubi eam diligentiam præsetulerunt in temporum notis statuendis, ut nedum annum Hegiræ, sed & mensem, & diem mensis, & feriam hebdomadæ quandoque consignaverint. Id patet luculentissime e tot inscriptionibus, atque lapidibus Siculo-arabicis, quorum nonnulli inferius exhibentur. Idem dic de Codicibus, ubi in fine consueverunt Arabes adnotare & annum, & mensem, & diem, & feriam, qua absolutus codex sit: immo eo quandoque devenere, ut mihi contigerit intueri codicem charactere africano exaratum, qui cum aliis arabicis codicibus in Bibliotheca Lucchesiana Agrigenti asservatur, de quibus alibi rationem red-

(*a*) Abulfeda ibid. & pag. 75. El Macinus Hist. Sarac. lib. 1. cap. 3. pag. 30. edit. Erpenii.

(*b*) Museum Cuficum Borgianum Velitris. Illustravit Jacobus Georgius Adler Altonanus. Romæ 1782. pag. 46. & sequen.

reddam ; ubi etiam tempus & hora diei adnotata eſt. Ex quibus omnibus fit, ut ſcripturæ & codicis ætas primo obtutu, atque indubie ſtatuatur, & Arabum in temporibus conſignandis accuratiſſima diligentia clare innoteſcat.

Stilus Arabum in efferendis annis.

Monumenta omnia arabica, & codices tum MSS. tum editos obſervanti patebit Arabes eum modum tenuiſſe in efferendis annis, ut plerumque ſolum annorum numerum abſque alio charactere, vel additamento deſcripſerint. Quod ſi aliquid addunt, ſunt ea verba من التاريخ *men al tarich* ſeu *ab æra*, quod vocabulum primo uſurparunt, quando propriam ſibi conſtituerunt æram, ut ſupra ex Abulfeda retulimus. Idque ſemel animadverti in Abulpharagio (*a*) quandoque apud El Macinum (*b*) ſemper vero in diplomatibus arabico-Siculis, quæ inferius exibentur. In iiſque, ſi diplomata ſuprema auctoritate ſint conſcripta, ſub initium ſtatim anni deſcribuntur, in actis vero privatis, ferme ſub finem. Addi quoque ſolet annorum numero ea formula من الهجرة ab *Hegira*; *a fuga*, utpotequæ principium eſt muhammedanæ æræ. Ipſique annales turcici a Joanne Leunclavio editi atque illuſtrati tempora per annos, menſes, & dies

(*a*) Dynaſt. IX. pag. 176. text. arab. edit. Pocochii.
(*b*) L. c. pag. 87.

dies Hegiræ notant, vel solo annorum numero de-
scripto, vel addito, *anno muhammedano* ex. gr. 747. (*a*).
Formulas ab hisce alias annorum consignandorum a-
pud Arabes nullibi observasse mihi contigit. Memini
dumtaxat in Codice Diplomatico ordinis Hierosolymi-
tani (*b*) extare epistolam recentiori ævo conscriptam
ab Xah Abbàs Rege Persiæ datam *anno* 1024. *a
morte Muhammedis*. Sed quum huic anno ibidem an-
nus æræ christianæ 1615. conjunctus notetur, at-
que hic annis ab Hegira deductis comparatus nonnisi
anno 1024. conveniat, hinc ibi errorem aliquem ir-
repsisse suspicari licet. Obiit enim Muhammedes x.
circiter post Hegiram annis (*c*). In eumdem quoque
errorem incidisse videtur Gordonius (*d*), quem dein-
de noster Pirrus sequutus est (*e*): ait enim ille Afros,
aliosque Muhammedanos a nativitate Muhammedis
annos suos auspicari, atque in suæ opinionis subsi-
dium advocat actum pacis inter Carolum V. & Afrum
Regem firmatum, signatumque anno Christi 1535.
& muhammedano 942. item literas Solimani ad Fer-
dinandum notatas A. C. 1547. & a nativitate Mu-
hammedis 954. Patet vero e tabulis, supputationi-
busque chronologicis annum 942. respondentem anno
1535. & annum 954. anno 1547. convenientem non-
nisi

(*a*) Quamvis in comparandis annis, nunquam docto viro semel contigerit verum dicere, uti animadvertit Scaliger de Emend. Temp. lib. 3. pag. 765.
(*b*) Tom. II. pag. 266.
(*c*) Abulfeda l. c. pag. 21.
(*d*) Opus Chronologicum T. II. pag. 260.
(*e*) Sic. Sacr. T. I. pag. 89.

nisi ab Hegira deductos esse. Adeoque ea formula *a nativitate Muhammedis* ex aliquo errore profecta est. Ea enim annos 53. & nonnullos menses Hegiram antecessit (*a*).

In efferendis mensibus.

Quod si ad rationem mensium describendorum apud Arabes usurpatam convertamur, deprehendimus iis suos esse menses, quorum primus est محرم *Muharram* II. صفر *Safar* III. ربيع الاول *Rabia Alaual* seu prior. IV. ربيع الاخر *Rabia Alacher* seu posterior V. جمادي الاول *Giumadj Alaual* seu prior. VI. جمادي الاخر *Giumadj Alacher*, seu posterior. VII. رجب *Rageb* VIII. شعبان *Shaaban* IX. رمضان *Ramadhan* X. شوال *Shaual* XI. ذوالقعدة *Dhùlkaada* XII. ذوالحجة *Dhùlhagja*. Quorum nonnulli, cum omnes lunares sint 30. diebus, alii 29. constant. ~~De quibus infra. Adnotandum vero hic est~~ apud Africanos morem invaluisse, ut menses non supradictis arabicis vocibus, sed nominibus latinis appellitent. Id præterquamquod clarissime appareat e Leone Africano (*b*) testantur etiam nonnulli e Codicibus Agrigentinis charactere غربى seu africano descriptis, ubi in fine menses latine efferun-

(*a*) Abulfeda l. c.
(*b*) Descriptio Africæ apud Ramusium T. I. pag. 9.

feruntur . Sic Codex litt. ff. ſignatus ; qui agit de legibus tum ad religionem, tum ad politiam muhammedanam pertinentibus, hoc modo explicit. وكان الفراغ منه يوم الخميس الثانى من شهر ستنبر من عام ثمانية عشر وتسعاية i. e. *abſolutus fuit feria quinta ſecundo menſis* Setenber *anno nongenteſimo decimo octavo* (a). Alii vero ſunt codices, ubi quamvis menſes latinis nominibus indigitentur, attamen quinam menſis arabicus ei reſpondeat adnotatur. Sic Cod. ſign. ab. characteribus etiam mauritanicis exaratus, quique myſtico-theologicus tractatus eſt, ita in fine habet. كمل الكتاب لحمد الله رب العالمين و ذلك يوم الاثنين الرابع من شهر ابريل بعدد العجم موافقا التاسع عشر من رجب 901. عام h. e. *Explicit tractatus propter laudem Dei Domini Mundorum. Idque feria ſecunda quarto menſis* Abril *juxta computum Barbarorum* (ſeu eorum qui Arabes non ſunt) *& reſpondet* XIX. menſis *Rageb anno* 901. (b). Hunc vero morem latine menſes efferendi in prædictis africanis codicibus ſæculo XV. antiquioribus nunquam obſervavi.

In diebus menſium efferendis methodus Arabum At-

In deſignandis diebus.

(a) Incœpit A. C. 1512. 19. Martii.

(b) Incœpit A. C. 1495. 21. Septembris; & revera eo anno menſis Rageb, qui ſeptimus eſt anni arabici, In Aprilem incidit.

Atticorum methodo ſimillima eſt. Porro utrique menſibus utuntur lunaribus, & tempora ſua non per dies, ſed noctes ſupputant. Eodem modo dies menſium poſt decimum quintum ſæpe, ſemper poſt vigeſimum ordine retrogrado numerant tum Arabes tum Attici. Et quemadmodum hi primum menſis diem νεμηνίαν, ſic illi مستهل *moſtahal* ſeu *novilunium* vocant (a) cui ſuccedunt ſecundus مضين *madhin* id eſt *præteritorum*, tertius *madhin*, quartus et. c. uſque ad vigeſimum. Ita El-Macinus lib. 1. cap: 8. Abulpharagius vero loco verbi مضى *præteriit*, utitur verbo خلا *receſſit*, *effluxit*, idemque valet (b). Et eo modo quo Græci poſt εἰκάδα dicunt δεκάτη φθίνοντος, ἐννάτη φθίνοντος et. c. ſic Arabes poſt vigeſimum dicunt decimum باقين *bakin* eorum qui ſuperſunt, ſeu *relictorum*, nonum *bakin*, octavum *bakin*, & ſic retrorſum numerant uſque ad finem menſis. Ita El-Macinus lib. 1. cap. 12. Abulpharagius l. c. pag. 227. Quin etiam vigeſimus primus dies ab Eutychio dicitur *primus e decem ultimis diebus menſis* (c): & nonnumquam poſt diem xv., quem El-Macinus نصف id eſt *medium* appellat l. c., more Græcorum, qui ajunt μεσοῦντος μηνός, retrorſum procedunt, un-

(a) Vid. Golium hic pag. 2565.
(b) L. c. pag. 267.
(c) Annales Alexandrini T. II. pag. 342.

unde idem El-Macinus diem XVIII. Giumadj prioris vocat XIII. باثنين Giumadj prioris ibid. cap. 12. (*a*) Postremam vero partem menſis, ſcilicet tres quatuorve ultimos dies Lunæ ſeneſcentis nuncupant Arabes دادي (*b*).

Studia Arabum in theoriis chronologicis evolvendis.

His delibatis ad intelligendam tempora arabica deſcribendi methodum apprime neceſſariis, animadvertendum nunc eſt Saracenos ad chronologicas rationes evolvendas, ſtatuendaſque vehementius incubuiſſe: idque ab eo fortaſſis tempore, a nono ſæculo videlicet, quo invectis apud ipſos literis, & præſtantiſſimis præſertim Aſtronomiæ ſtudiis, temporum quoque ratio, & textura, & comparatio excoli, atque illuſtrari cœpta eſt. Et quamvis rariſſima ſint hujuſmodi opera, quæ hactenus lucem aſpexerint, quum Europa vix ſit excitata ad has literas excolendas, adeoque monumentorum arabicorum inopia laboremus, nihilo tamen ſecius apud celebriores Europæ bibliothecas MSS. orientalibus inſtructas codices nonnulli aſſervantur, ubi id genus lucubrationes continentur. Sic in Regia bibliotheca Pariſienſi quamplurimi occurrunt codices, qui de cognitione temporum, & horarum, de lunarum computo, de recte in-

(*a*) Vide Beveregium Inſtit. Chronol. cap. XVIII. pag. 109. & 261.
(*b*) Golius pag. 785. Et Al-Gieuharil Farabienſis purioris ſermonis arabici Theſaurus pag. 75. edit. Everardhi Scheidil anno 1776.

inſtruendo Calendario differunt. Vid. cod. n. 1158. 1205. Codex 1112. continet tractatum *Ebn al Sciater*, qui de aſtronomia, & inveniendis æris celebrioribus agit. Codex 186. habet opus inſcriptum *Tarik el Arab* id eſt *Epocha Arabum*, in quo inter annum Græcorum, & Arabum comparatio inſtituitur (*a*). In bibliotheca Oxonienſi manuſcripta ſignata num. 693. 616. 80., in quibus continentur diſputationes aſtronomicæ, agunt quoque de temporum cognoſcendorum ratione, de variis apud varias gentes epochis, & cetera id generis (*b*). In bibliotheca Eſcurialenſi memoratu dignus eſt Codex 903. literis cuficis exaratus, quo continetur opus egregium Muhammedis Ben Giaber, ubi tabulæ celebriorum epocharum Græcorum, Aſſyriorum, Arabum, & Perſarum, cum mutua earumdem reductione, & deductione, præſcriptis ad illarum cognitionem, & uſum pluribus regulis. Codex 926. continet tractatum, qui titulum *Curſus Aſtronomicus* præſefert, ubi tabulæ occurrunt aſtronomicæ, una cum chronologicis ad inveniendas Arabum, Perſarum, Græcorum, Coptorum epochas expeditis (*c*). Idem colligi poteſt ex indice codicum bibliothecæ Lugduni Batavorum (*d*) ubi multa hujuſmodi manuſcripta aſſervantur. Inter edita hic me-

(*a*) Vid. Catalogum Mſs. a Domino de Bejot confectum apud Bailly Hiſtoire de l'aſtronomie moderne T. 1. pag. 639.
(*b*) Ibid. pag. 654.
(*c*) Cathalogus Mſs. Bibliothecæ Eſcurialenſis T. 1. Madriti 1760.
(*d*) Vid. Bailly l. c. pag. 663.

meminisse sat erit nonnulla monumenta arabica a Scaligero vulgata pro forma anni arabici dignoscenda (a): neque prætereundus hic est doctissimus Princeps Ulug-Beig vulgatissimi Tamerlani nepos, cujus egregium opus *de Epochis Arabum* Gravius edidit Londini anno 1650.

Errores nonnullorum Arabum in temporibus supputandis. Abulfedæ.

Hic vero dissimulare nequeo parum cum epochis communi Eruditorum consensu firmatis, atque post evidentia argumenta statutis nonnullas quorumdam Arabum supputationes consentire. Seligimus hic Abulfedam, & Leonem Africanum, doctissimos inter Muhammedanos, ut peritiores videant quomodo cum canonibus, atque theoriis chronologicis eorum calculi, & rationes conciliari queant. Ille siquidem (b) tabulam profert celebriorum epocharum, easque cum Hegira comparat, & tempora intercedentia assignat. Profecto mira est in homine Arabe, & quidem sæculi XIII. scriptore, tanta rerum græcanicarum, latinarumque eruditio. Sed negari nequit epochas perperam statutas esse, tempora inter se non constare, neque sat manifeste liquet, num ibi lunares, an solares annos adhibeat. Non vacat hic in singula inquirere, sed, ex. gr., inter Hegiram, & nativitatem Christi ponit annos 631. si ii ponantur solares, abundantiores erunt, si lunares, angustiores. Christi etiam nativita-

(a) De Emendatione Temporum lib. VII. pag. 761.
(b) L. c. pag. 20. 21.

vitatem x. ferme annis ante vulgarem æram antevertit, eum quippe natum fuisse putat anno xxi. post Actiacam victoriam; quum pro comperto habeatur apud Chronologos Antonium cum Cleopatra victum fuisse ad Actium anno ante Christum xxxi. Sed hic error calculo Abilfedæo consentaneus est, si lunares anni ponantur: quemadmodum enim x. annorum spatio Christi nativitatem Actiacæ victoriæ propiorem facit, ita illam eodem fere annorum spatio facit ab Hegira remotiorem. Difficilius vero intellectu est, quod laudatus Scriptor asserit Christum natum fuisse post Alexandri victoriam anno ccciv., cum ea in annum ante Christum cccxxxi. inciderit. Quod si illi ponantur lunares, & solares fiant, augetur difficultas.

Leonis Africani.

Sed ad Leonem Africanum nos convertamus. Is profecto in sua Africæ descriptione (a) ait Gazzulos, Lybiæ gentem, nundinas suas inire a natali Muhammedis, nempe xii. Rabia prioris. Cui celebritati se quoque interfuisse testatur anno Hegiræ 920. Christi 1511. Quum tamen Muharram 920. inierit feria prima xxvi. Februarii anno Christi 1514. Tres igitur annos detrahit. Quotiescumque autem in illo suo eximio opere annos Christi cum annis Hegiræ comparat (comparat autem sæpissime) nunquam ne semel quidem verum dicit. Idque mirum est in eo viro, qui & natione muhammedanus, & rerum, quæ ad

(a) L. c. pag. 20.

ad Muhammedismum pertinent, peritissimus fuit. Jamvero hujusmodi errorem apud quosdam Africanos ob incertam, vel serius animadversam Lunæ phasim originem duxisse arbitratur Scaliger lib. de Emendatione temporum (a).

Menses Arabum lunares.

Quamcumque vero viam inierint Arabes hi recentiores in epochis comparandis, annisque reducendis, non vacat hic disquirere an ex falsis parumque accuratis theoriis ii errores profluxerint, an aliquid librariorum incuriæ, vel erratis typographicis adjudicandum sit. Sed è re nostra nunc erit nonnulla de textura, & ratione anni arabici differere, ut res, de qua agimus, dilucidius intelligatur. Jamvero hic ratas propositiones, & certa theoremata proferemus, de quibus communi consensu omnes inter Chronologos convenit; atque ea methodo, quæ potius certitudini historicæ consulat, quam profundioris chronologiæ accuratissimos calculos prosequatur. Et primo explorata res est Arabes menses lunares adhibuisse. Id clarissime liquet ex El Macino (b), qui ait. *Cum æra Hegiræ menses observet lunares, commemorabimus eos ut in illa se habent, & docebimus, quot ex iis anni fiant solares, ut sana nobis sit chronologia*. Et facto id ostendit: passim enim annos Hegiræ ad annos solares reducit. (c) Abulpharagius ubi annos solares usurpat, de iis

(a) Pag. 137.
(b) Lib. 1. cap. 1. pag. 12.
(c) Ibid. pag. 22. 30. 42. & sequen.

iis aperte meminit (a). Atque Africanos mensibus hujusmodi lunaribus uti diserte testatur Leo (b). Mensis lunaris diebus 29. & horis circiter 12. constat, quæ bis collectæ solidum diem efficiunt. Exinde ortum est eos, qui lunaribus utuntur annis, menses suos alternis 29. & 30. dierum constituere: nisi quum uno die abundat annus, tunc enim ultimus mensis extra ordinem tricenarius est. De quo infra.

Exinde annus lunaris, & triacontaeteris arabica.

Annus lunaris est, qui mensibus constat lunaribus: isque vel civilis est, in quo horæ scrupulaque prætermittuntur, & tunc diebus præcise constat 354. quibus aliquando dies unus accedit, quum ultimus mensis tricenarius est: vel astronomicus, qui dierum est 354. hor. 8. 48'. Ut ergo annus civilis astronomico consentiat, dies nonnunquam ex istis horis scrupulisque collectus addatur necesse est. Quum vero horæ 8. 48'. tricies repetitæ dies XI. sine ullis appendicibus constituant, factum est exinde, ut Arabes calculorum scientiæ olim peritissimi cyclum, & quamdam veluti periodum tricenariam confecerint, seu annos suos in triacontaëteridem partiti sint, quæ quum ex diebus 10631. efficiatur, nullæ proinde horæ, nullaque scrupula de lunari ratiocinio supersunt. Jamvero undecim hi dies ex astronomico anno lunari deducti quibusdam civilibus annis opportune inferuntur, eosque

(a) L. c. pag. 317.
(b) L. c. pag. 9.

que ὑπερημέρων seu abundantes efficiunt, atque ea œconomia, civilique ratione dispensantur, ut quoties horæ duodenarium numerum excedunt, unus dies intercaletur. Sunt igitur ὑπερημέροι seu abundantes anni 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. 29., qui diebus constant 355. reliqui vero XIX. diebus 354. Dies vero intercalaris in XI. hisce annis ad finem cujuslibet anni apponitur, & tunc ultimus mensis, seu Dhùl-Hagja tricenarius est. Vid. Ulug Beig l. c. pag. 8. & 10.

Relatio anni arabici ad julianum.

Annus arabicus minor est juliano diebus X. horis 21. 12'. Quumque simpliciter & mere sit lunaris, nec ullam solis rationem habeat, fit inde, ut desultorius ille sit, & primus ejus mensis, qui est Muharram, nullam certam in anno juliano sedem habeat, neque ad statutam anni tempestatem adhærescat, sed antevertat quotannis, ac per totum anni juliani contextum laxatis habenis evagetur: ut modo in vernum tempus, modo in æstivum incidat, alias autumnale, vel hibernum occupet. Idque de anno africano disertissime testatur sæpius laudatus Leo l. c.

Pergit argumentum.

Quum annus arabicus minor sit juliano, atque totum ejus contextum peragret, fit idcirco, ut unus idemque arabicus annus ad duos julianos referri possit. Sit, ex. gr., annus Hegiræ 172. Incœpit hic XI. Junii A. C. 788. & desiit 30. Maii 789. A Junio ergo usque ad Decembrem respondet anno 788. exinde ad Majum usque anno 789. convenit. Et eamdem ob

 ra-

rationem unus idemque annus julianus ad duos arabicos annos referri poteſt. Sic ex gr. annus Hegiræ 589. incœpit 7. Januarii 1193. & eodem hoc anno Chriſti 27. Decembris incœpit illum proxime ſequens annus Hegiræ 590.

Quidnam obſervandum in reducendis annis lunaribus ad ſolares.

Quum annus arabicus XI. circiter diebus minor ſit juliano, ſpatio igitur XXXIII. annorum arabicorum deficiunt dies 363., deficit videlicet annus fere julianus: poſſunt proinde XXXIII. anni arabici uti XXXII. anni juliani ſupputari: adeoque methodus hujuſmodi ſtatui poteſt, qua nempe dirigantur inquiſitiones, & calculi hiſtorici, & tempora quodammodo indigitentur, ut quilibet trigeſimus tertius annus detrahatur, & ſic tempora arabica ad juliana reduci queunt. Exinde luculentiſſime patet quantum hallucinatus ſit noſter Pirrus, rei diplomaticæ & chronologicæ ſi quis alius ceteroquin ſcientiſſimus, qui, nulla hujus annorum diſcriminis habita ratione, poſuit (a) annis arabicis, (quicumque ii dati fuerint) annos 621. duntaxat addendos eſſe, ut annus æræ vulgaris innoteſceret.

Epocha Hegiræ.

Ut recta fiat annorum arabicorum ad julianos reductio, ſtatui debet epocha, a qua Hegira incœpit. Eam vero in annum Chriſti 622. menſe Julio incidiſſe apud omnes convenit. Sed de die nonnulla di-

(a) Sic. Sac. Tom. 1. pag. 89.

diſſenſio eſt. Nam Alfraganus, Albategnius, Ulug Beig, Alfonſinæ tabulæ, aliique aſtronomi Julii xv. cœpiſſe volunt. Alii ſequenti die, Julii nempe xvi., quod initium hodie fere apud Turcas, & Arabes obtinet. Etenim Muhammedem ea nocte, quæ xv. Julii diem excœpit, Mecca profugiſſe arbitrantur. Quomodocumque vero hæc ſeſe habeant, nos hanc quæſtionem iis, qui magis otio abundant, diſcutiendam relinquimus, non enim unus alterve dies methodum historicam perturbat: ſat eſt pro tabulis intelligendis communi Eruditorum conſenſu conſtare ab Julii xvi. Hegiræ initium arceſſendum eſſe.

*Leges reductionis.*

His poſitis, evidentiſſimi apud Chronologos ſtatuti ſunt canones, quorum ope quilibet annus Hegiræ ad Chriſtianam æram facili atque certa methodo revocari poteſt, aut viciſſim propoſito aliquo Chriſti anno ſtatuitur quotus Hegiræ annus in eum conveniat. Præterea & menſis, & feria, & initium, & finis anni decernitur, & cum characteribus anni juliani comparatur. Quin dato quolibet menſe, & die alicujus anni Hegiræ cuinam menſi & diei anni æræ vulgaris is reſpondeat expeditiſſimo calculo dijudicari poteſt. A quibus omnibus hic ſuperſedendum cenſemus, quippe hujuſmodi ſupputationes protritæ ſunt atque vulgares, neque eum, qui vel ſummis labiis Chronologiæ elementa deguſtaverit, latere queunt.

*Tabulæ Chronologicæ Hegiræ.*

Immo eo perducta res eſt, ut nulla inſtitutionis ali-

alicujus chronologicæ habita ratione, absque calculorum fastidio, non sine hujus nostræ Ætatis plausu, quæ laborum improborum impatiens est, uno obtutu anni inter se comparari atque reduci queunt. Prostant enim tabulæ Calvisii, Mulleri, Petavii, Riccioli, quæ annos arabicos, & christianos inter se comparant, atque definiunt. Præterea tabulæ latiores Pocochii, quas suo Abulpharagio subjecit, Du Cangii in suo Glossario, Marchionis de Aubaye apud Lengletum ita comparatæ sunt, ut ab primo anno Hegiræ ad nostra usque tempora calculus ea sedulitate instituatur, ut nedum quilibet annus Hegiræ cuinam anno æræ vulgaris respondeat, sed & initium, & finis anni, & feria qua incœperit, & annus abundans appareat. Quæ doctissimorum horum virorum supputationes ita accuratæ sunt, & ad canones chronologicos severissime exactæ, ut nihil supra.

Quidnam judicandum sit de jam editis monumentis arabico-Siculis. Et primo de Abulfeda, & de Shaabbodino.

Ubi hæc præstituta sunt, facilis nunc est descensus ad disquirendum quamnam in supputandis temporibus rationem Arabes Siculi adhibuerint. Verumenimvero si jam editis monumentis, quæ ipsos respiciunt, quæque studio eruditissimi Carusii debemus, (*a*) animum advertamus, patebit nihil ex iis confici unquam posse. Ea profecto sunt chronicon Cantabrigiense, fragmentum quoddam Abulfedæ, & hi-

(*a*) T. I. Bibl. Hist., & apud S. R. I. T. I. par. II.

& hiſtoria Al-Cadi Shaabbodini. De primo fuſius mox verba facturi ſumus. Ad reliquos quod attinet, præterquamquod ex iis nihil pro methodo ab Arabibus Siculis adhibita ad ſupputanda tempora poteſt inferri, quum prædicti Scriptores neque Siculi fuerint, neque monumenta aliqua ſicilienſis cujuſdam æræ protulerint, ratio etiam menſium, & annorum, eorumque reductio ita apud eos neglecta, & peſſumdata eſt, ut non raro caſtigatione indigeat. Id profecto vitii Marco Dobelio, qui primus eos latine reddidit, vertendum eſſe definire non auſim. Quin potius quum latinam utriuſque Auctoris verſionem a Dobelio primum elaboratam, atque doctiſſimo Antonino de Amico Panormitano Canonico traditam, italam inde fecerit, ſuiſque annalibus fruſtatim inſeruerit eruditiſſimus Invegius, ex eaque denuo in latinum converſam, denuoque confutam ediderit Caruſius (a), pronum fuit tot inter viciſſitudines, manibuſque certe non arabicis contrectatas tum Abulfedæ, tum Shaabbodini hiſtorias interpolari atque perverti. Sic nomina menſium perperam ibi efferri videntur. *Reginab* pro Rageb, *Giamadilaud* pro Giumadj Alauali, *Rabialchen* pro Rabia Alacher, *Edilchadan* pro Dhùlkaada, *Almoharoan* pro Muharram ſcribitur. Id patet luculentiſſime ex editione ejuſdem Abulfedæ ab Reiskio elaborata. In horum vero menſium ad noſtros reductione, quemadmodum in ſtatuendo die, quo in æra noſtra annus He-

(a) Vid. ejus præfationem l. c. pag. 17.

Hegiræ descriptus incœperit, aliquando peccatur. Sed hujusmodi errata tribuenda sunt potius editioni, non operi.

Quid de chronico Cantabrigiensi.

Si chronico Cantabrigiensi animum adjiciamus, negari profecto nequit, idque recte conjecit Carusius, illius Auctorem vel in insula nostra natum, vel saltem hic diu versatum fuisse. Muhammedanæ vero superstitioni fuisse addictum, quod Carusius arbitratur, nec levissima conjectura assequi queo. Nullum enim ibi verbum, nulla formula, quæ aliquid Muhammedismi suboleat. An quia arabice scripsit? Sed & Abulpharagius, & Eutychius arabice scripsere, & tamen uterque christianorum sacris addictus fuit. Accedit his, quod ratio temporum ab Scriptore hujus chronici usurpata mera puta græca sit. Ipsemet enim sub initium profitetur se annos supputare *ab epocha Mundi secundum supputationem qua utuntur Græci in libris suis*. Sequitur profecto computum byzantinum, quo a mundo condito ad Christi nativitatem anni numerantur 5508. Idque in Sicilia obtinuisse testantur tot diplomata a Pirro collecta (*a*) & nuperi artis diplomaticæ Scriptores (*b*). Præterea anni initium repetit a Kalendis Septembris (*c*): idque convenit etiam civili Constantinopolitanorum anno, qui a Kalendis Septembris incipiebat una cum Indictione (*d*). Atque

(*a*) T. I. pag. 88. 89.
(*b*) Mabillonius lib. II. cap. 23. & Nouveau Traité de Diplomatique T. IV. pag. 699.
(*c*) Vid. ad annum 962. pag. 16.
(*d*) Petavius T. III. Auctarium de Doctrina Temporum lib. VIII. cap. V. De Græcorum æris.

que hoc etiam usitatum erat apud Siculos (*a*). Nomina vero mensium in laudato chronico pura puta latina, vel saltem græco-barbara sunt. Sic mensis Julius scribitur يوليوه *Juliuh*, Majus مايه *Majh*, Martius مارسه *Marsh*, September ستنبر *Setenber*, Junius يونيوه *Juniuh*, Aprilis أبريل *Abril*, Januarius جناريوه *Gianariuh*, October أكتوبر *Actuber*, Augustus أوسه *Austh* (*b*). Quæ omnia nedum græcum quemdam arabice indutum produnt, sed & ex hoc chronico nihil pro statuenda æra saracenico-Sicula erui posse luculentissime ostendunt.

Exinde patet novas proferendas esse memorias pro hac quæstione expendenda.

Alia ergo monumenta conquirenda sunt, immo multis abhinc annis ea conquisita præ manibus habemus. Sed mirum fortassis videri poterit, quod, quum ab sæculo XV., ab renatis scilicet literis, a Fazello ad hæc usque tempora, nunquam apud nostros rerum patriarum studium elanguerit, qui neque sumptibus, neque laboribus pro historia Sicula e cineribus excitanda pepercerunt, nescio tamen quo fato periodus saracenica iis tenebris obtecta delituerit, ut de ea illustranda penitus desperaverint. Carusius, qui nullum non movit lapidem, ut completam monumentorum siculorum collectionem ederet, ubi hæc tempo-

(*a*) Vid. Pagium ad Baronium ad annum 1097. num. XII.
(*b*) Vid. ad annos 928. 934. pag 10.

pora attigit, nihil nisi exsuccos sterilesque annales exhibuit. Et clarissimus de Johanne, quo nemo inter nostrates solidioris ingenii, subactiorisque judicii, hanc epocham intactam reliquit. Et tamen monumenta saracenica ante pedes erant. Celebriores Siciliæ Bibliothecæ codicibus, Archivia Ecclesiarum diplomatibus, ædes, palatia, castella, templa, musea nummis, inscriptionibus, lapidibusque scatebant. Sed plerumque hoc fato res literariæ reguntur, ut quæ prius longa sub oblivione jacuerant, inde Mecœnatum favore (a), Sæculi votis, reique ipsius necessitate tandem emergant, atque in apricum proferantur.

Monemmenta arabico Sicula ante Northmannos.

Monumenta arabico-Sicula duplicem in classem dispesci possunt: vel eos Arabes respiciunt, qui rerum in Sicilia potiti sunt ab nono sæculo usque ad Northmannorum adventum, sub quibus dominatio saracenica penitus excidit: vel eorum Arabum sunt, qui licet imperio exciderint, attamen sub Northmannis & Suevis in Sicilia remansere usque ad initium sæculi XIII., quo videlicet eos Federicus prorsus delevit, atque Insula exegit. Si vero dicendum quod res est,

(a) Ingrato silentio hic prætereundus non est Alfonsus Airoldi Archiepiscopus Heracleensis, & Regiæ Monarchiæ Judex, præsidium, & dulce decus meum, deque meis studiis optime meritus. Is profecto quominus literas foveat, quum literatissimus ipse sit, nihil reliqui facit, ad monumenta arabica colligenda, pro maxima qua in toto Siciliæ Regno pollet auctoritate, præsentissimam opem mihi tulit, quin etiam, quo historiæ patriæ, literisque orientalibus promovendis nihil deesset, typos arabicos e celeberrima officina Bodoniana pecunia sua comparavit.

eſt, non adeo multæ proſtant memoriæ prioris generis, Saracenorum ſcilicet, dum Siciliæ imperitarent. Et revera præterquamquod credibile ſit nonnullas earum aut negligentia aut vetuſtate fortaſſis evanuiſſe, hujus etiam inopiæ ratio manifeſte intelligitur. Diuturna etenim & acerrima bella Northmannica totam pene Siciliam quum igne ferroque vaſtaſſent, fieri exinde potuit, ut res ſub Saracenis Siculis geſtæ, quæcumque in publicis privatiſque erant monumentis, pleræque interierint. Idque luculentiſſime teſtatur ipſe Comes Rogerius in ſuo diplomate pro Eccleſia Agrigentina anno 1093. conſcripto. *Ego Rogerius Calabriæ Comes, & Siciliæ divino munitus præſidio ..... Siciliam petii contra nefandam Saracenorum feritatem pugnaturus, quos ſeptiformi conſiliante gratia ...... expugnavi, & ut verius loquar* penitus ad nihilum redegi. Quis etenim viſa Caſtellorum & Civitatum eorum ampla & diffuſa ruina, & palatiorum ſuorum ſtudio mirabili compoſitorum, ingenti deſtructione percognita, *quorum uſibus ſuperfluis hæc deſerviebant, incomoditates non attendat eſſe multiplices, miſerias magnas, & detrimenta innumerabilia?* (a)

Subacta inde Sicilia, & Saracenis in deditionem acceptis, non tamen interdictum iis fuit, ut liberi, & ſuis legibus viverent. Quare tum ſub Northmannorum, tum ſub Suevorum uſque ad Federicum imperio datum ipſis fuit ſuam publice exercere re-

Poſt Northmannos. Acta privata.

(a) Apud Pirrum T. 1. pag. 695.

religionem , sua munia civilia obire , proprietate bonorum gaudere , eaque vendere , permutare , alienare ; iisque ad cujusvis genus contractus stipulandos sui fuerunt adsignati Notarii . Paucis : maxima qua poterant pollebant libertate civili , & quæcumque concessa erant cuivis libero Civi Siculo , ea Saracenis Siciliam incolentibus æquo jure permittebantur . Hæc fusius & luculentissime alibi demostrabimus. His positis , manifeste intelligitur, cur sub Northmannis , & Suevis nonnulla prostent monumenta publica religionis Muhammedanæ , quam Arabes Siculi profitebantur , non pauci occurrant contractus , aliaque hujusmodi acta inter privatos confecta , ubi Saraceni sua bona vendunt , permutant , aliena emunt , & cetera id genus .

Publica, seu suprema auctoritate conscripta.

Quin quum sæpe contingat , ut victores & linguam , & mores , & ritus nonnullos victorum adsciscant , Northmanni non pauca , quæ apud Arabes usu recepta erant , & ipsi usurpare dedignati non sunt . Id manifeste evincunt monumenta quædam , totque præsertim diplomata arabica lingua , & regia auctoritate conscripta , nec non & Northmannici nummi titulis arabicis , ipsaque æra muhammedana signati (a) . Accedit his , quod Northmanni Reges Saracenis in familiares adscitis officia quædam , & presertim munus Magistri Camerarii , aut Camerarii ob-

(a) Apud Adler l. c. pag. 84.

obeundum demandaverint. Quumque regii patrimonii, atque bonorum fiscalium administratio sub Magistro Camerario esset, patet exinde cur Saracenos in *duanis fiscales reditus collegisse* Scriptores coævi testentur (*a*). His positis, clarissime patet, cur archivia Ecclesiarum hujusmodi arabicis diplomatibus scateant, ubi videlicet regiæ largitiones continentur.

Quidnam hic demonstrandum proponitur.

Quum exposuissem cujusnam indolis sint monumenta arabico-Sicula, ea nunc duntaxat proferam, quæ ad rem faciunt. Demonstrandum igitur mihi sumo Arabes-Siculos nec minimum deflexisse in supputandis annis, mensibusque efferendis ab ea ratione, quam ceteri Saraceni usurpabant. Menses suos profecto habuerunt lunares, atque annos idcirco lunares: eosque supputarunt ab Hegira, seu a fuga Muhammedis, initio facto a die XVI. Julii anni 622. Hæc etenim monumenta ita comparata sunt, ut in temporum recensione tum historicis memoriis, tum canonibus tabulisque chronologicis adamussim respondeant. Immo ea consulto selegi, quæ diversis linguis, sed eodem tempore edita, diversam exhibent æram, aut cum anno arabico nonnulli anni juliani characterismi ex. gr. Indictio, conjunguntur; ita ut diversarum ærarum comparatio in eodemmet monumento fiat, & quædam veluti originaria earumdem reductio habeatur.

MO-

(*a*) Hugo Falcandus apud R. I. S. Tom. VII. pag. 293.

## *MONUMENTA*

---

**Panormi in Bibliotheca Senatus. Lapis utrinque mutilus.**

...م الله الرحمن الرحيم لو.... رضون هاذا قبر الشيخ
ال.... الغادف الورع العادل ابو الحسن على ا... الصالح
المقدس المرحوم ابو الفضل ا.... الصالح المقدس المرحوم ابى
عبد الله محمد المقدس المرحوم ابى على ظاهر ال... الله توفى
المسن ليلة الخامس لشهر ذوالحـ..... يوم الجمعة من عام
تسعة و خمساية و...... لا الله و ان محمد رسول الله.

**Cippus in Museo Monasterii S. Martini prope Panormum.**

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على سيدنا محمد و اله وسلم
تسليما كل نفس دايقة الموت و انما توفون اجوركم يوم القيامة
هذا مابدة ابو القاسم ابرهيم بن حسين توفى فى العشاء الاول
من شهر جمادي الاول فى عام تسع و ثلثون وخمساية.

Mes-

---

(a) Incœpit A. C. 1115. 27. Maii.
(b) Lapis hic sepulcralis illud singulare habet, quod nonnulla vocabula punctis diacriticis sint instructa. Videtur in honorem *Doctoris* aut *Viri illustris*, quem titulo *Scheik* ornare solent, a filiis & nepotibus æque conspicuis & honestis positus fuisse.

# *MONUMENTA.*

## *I.*

*In nomine Dei miſeratoris miſericordis*. *Si*.... *recedentes*. *Hoc eſt ſepulcrum Domini*.... *liberalis*, *pii*, *juſti*, *Abual-Haſſan Alj*.... *probi*, *ſancti*, *miſericordiam conſequuti*, *Abulfadel*.... *probi*, *ſancti*, *miſericordiam conſequuti*, *Abi Abd Allah Muhammed ſancti*, *miſericordiam conſequuti*, *Abi Alj Dhaher*... *Dei*. *Deceſſit annoſus nocte quintæ diei menſis* Dhul-Hagja *feria ſexta* anni quingenteſimi noni (*a*)... Et teſtatus eſt quod non ſit Deus *niſi Deus*, *& quod Muhammed eſt legatus Dei* (*b*).

## *II.*

*In nomine Dei miſeratoris miſericordis*. *Propitius ſit Deus Domino noſtro Muhammedi*, *ejuſque familiæ*, *& pacem omnimodam largiatur*. *Omnis perſona guſtaturus eſt mortem*, *ſed certò perſolventur mercedes veſtræ die reſurrectionis*. *Hic eſt locus manſionis* (*c*) *Abulkaſem Ibrahim filii Hoſſein*, *qui obiit*.... *veſpera prima menſis* Giumadj Alaualj anni (*d*) quingenteſimi trigeſimi noni (*e*).

*III. In*

(*c*) Illud eſt ſingulare in hoc epitaphio, quod pro uſitato in reliquis vocabulo قبر i. e. *ſepulcrum*, vox مابدة ſeu *locus manſionis* adhibeatur.

(*d*) Incœpit A. C. 1144 4. Julii.

(*e*) Harum omnium inſcriptionum, ſi quintam exceperis, explicationem debeo doctiſſimo ſimul & humaniſſimo Viro Olao Gerhardo Tychſen in Academia Butzowienſi linguarum Orientalium profeſſori, cui eas interpretandas miſit literis datis 27 Februarii 1783. Clariſſimus noſter Princeps Turriſmutii, literarum omnium, totiuſque Siciliæ decus atque ornamentum.

Panormi in Bibliotheca Senatus. Lapis utrinque mutilus.;

..م الله الرحمن الرحيم لو.... رضون هاذا قبر الشيخ
ال.... الغادف الورع العادل ابو الحسن على ا... الصالح
المقدس المرحوم ابو الفضل ا.... الصالح المقدس المرحوم ابى
عبد الله محمد المقدس المرحوم ابي على طاهر ال... الله توفى
المسن ليلة الخامس لشهر ذوالحـ...... يوم الجمعة من عام
تسعة و خمسماية و...... لا الله و ان محمد رسول الله.

Cippus in Museo Monasterii S. Martini prope Panormum;

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على سيدنا محمد و اله و سلم
تسليما كل نفس دايقة الموت و انما توفون اجوركم يوم القيامة
هذا مابدة ابو القاسم ابرهيم بن حسين توفى فى العشاء الاول
من شهر جمادي الاول فى عام تسع و ثلثون و خمسماية.

Mef-

(a) Incœpit A. C. 1115. 27. Maii.
(b) Lapis hic sepulcralis illud singulare habet, quod nonnulla vocabula punctis diacriticis sint instructa. Videtur in honorem *Doctoris* aut *Viri illustris*, quem titulo *Scheik* ornare solent, a filiis & nepotibus æque conspicuis & honestis positus fuisse.

# MONUMENTA.

## I.

*In nomine Dei miſeratoris miſericordis : Si .... recedentes . Hoc eſt ſepulcrum Domini .... liberalis , pii , juſti , Abual-Haſſan Alj .... probi , ſancti , miſericordiam conſequuti , Abulfadel .... probi , ſancti , miſericordiam conſequuti , Abi Abd Allah Muhammed ſancti , miſericordiam conſequuti , Abi Alj Dhaher ... Dei . Deceſſit annoſus nocte quintæ diei menſis* Dhul-Hagja *feria ſexta* anni quingenteſimi noni (*a*) ... Et teſtatus eſt quod non ſit Deus *niſi Deus , & quod Muhammed eſt legatus Dei* (*b*) .

## II.

*In nomine Dei miſeratoris miſericordis . Propitius ſit Deus Domino noſtro Muhammedi , ejuſque familiæ , & pacem omnimodam largiatur . Omnis perſona guſtaturus eſt mortem , ſed certò perſolventur mercedes veſtræ die reſurrectionis . Hic eſt locus manſionis* (*c*) *Abulkaſem Ibrahim filii Hoſſein , qui obiit .... veſpera prima menſis* Giumadj Alaualj anni (*d*) quingenteſimi trigeſimi noni (*e*) .

*III. In*

(*c*) Illud eſt ſingulare in hoc epitaphio , quod pro uſitato in reliquis vocabulo قبر i. e. *ſepulcrum* , vox مابدة ſeu *locus manſionis* adhibeatur .

(*d*) Incœpit A. C. 1144 4. Julii .

(*e*) Harum omnium inſcriptionum , ſi quintam excœperis , explicationem debeo doctiſſimo ſimul & humaniſſimo Viro Olao Gerhardo Tychſen in Academia Butzowienſi linguarum Orientalium profeſſori , cui eas interpretandas miſit literis datis 27 Februarii 1783. Clariſſimus noſter Princeps Turriſmutii , literarum omnium , totiuſque Siciliæ decus atque ornamentum .

Meſſanæ in quadam columella olim prope ædem D. Gregorii.

بسم الله الرحمن الرحيم صلى اللها على محمد قل هو نباء
عظيم انتم عنه معرضون هذا قبر القايد الاحد الاسعد المقدس
الجوهري من النضر ابن القايد الاحد المقدس ابرهيم وراجا
الختم المرحم توفا من اشياء الله عيس ليلة العاشر بشعبان
بسنة ثلاث و سبعين و ثلاث ماية غفر الله عنه و غفر له
و من دعا له بالمغفره و جميع المسلمين ولا حول ولا قوة الا
بالله .

Lilybæi in quadam veteri turri.

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على محمد و اله وسلم
كل نفس دايقة الموت و انما توفون اجوكم يوم القيـــامـة
و من رحزح عن النار و ادخل الجنة فقد فاز و ما الحيوة
الدنيا الا متاع الغرور لله العزة و البقاء على خلفـة كتب
الفنا و فى رسول الله محمد صلى الله عليه وسلم اسفرعن
هذا قبر ابو الحسن على بن عوط بن نحي بن ار الهولي
توفي يوم الخاميس..... ربيع المحرم سنة احدي و عشر
و خمساية..... الرسول..... رحم الله على دعا له بالرحمه
و لمغفره و الامن الباء

Ex

(a) Haud intelligitur cur nomen hujus Gubernatoris omiſſum hic fuerit. ألقايد *Alkaid* ſeu *Gubernator* aut *Dux* reſpondet noſtro vulgari, Hiſpanorumque *Alcayde*. Vid. Golium hic. Atque tot Gayti, quibus ſcatent tempora northmannica, ex hoc vocabulo intelligendi ſunt.

III.

*In nomine Dei miseratoris misericordis. Sit Deus propitius erga Muhammedem. Dic: hæc est relatio maxima*, scilicet de Deo uno *tamen ab ea vos receditis. Hoc est sepulcrum Gubernatoris (a) incomparabilis, fortunati, sancti, præ auro fulgentioris, egregii, sancti, Ibrahimi. Expectavit vero decretum propitium persolvens ex voluntate divina naturæ debitum nocte feriæ quintæ die decimo* Shaaban anno trecentesimo septuagesimo tertio (*b*). *Parcat ipsi Deus, condonetque illi, qui veniam peccatorum pro illo petierit, itemque omnibus Moslemis. Nulla enim potentia, & virtus nisi in Deo est* (*c*).

IV.

*In nomine Dei miseratoris misericordis. Veniam det Deus Muhammedi, & familiæ ejus benedicat. Unusquisque gustaturus est mortem, & quidem perfecte solventur mercedes vestræ die resurrectionis. Qui vero remotus ab igne, & ingressus fuerit in Paradisum, is est beatus. Nec enim est vita mundana, nisi suppellex caduca. Deo est gloria, & perennitas, creaturæ vero adscriptus est interitus, ipsique adeo Legato Dei Muhammedi, cui Deus parcat, & benedicat. Ora apud hocce sepulcrum. Abulhassan Alj filius Autt fil. Nahj fil. Ar Alhulj mortuus est feria quinta......* quarto Muharram anno quingentesimo undecimo (*d*).. *Legatus.. Misereatur ejus Deus, qui oraverit pro ipsius gratia, peccatorum remissione, & secura mansione.*

V. In

(*b*) Incœpit A. C. 983. 15. Junii.

(*c*) Hujus inscriptionis meminit Clarissimus D'Orville in suis Siculis pag. 5.

(*d*) Incœpit A. C. 1117. 5. Maii.

Ex fchedis Clariff. viri Abbatis La Farina inter Mff. Agrigentina.

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على النبيه محمد
و على اله و سلم كل نفس ذايقة الموت و انما توفون اجوركم
يوم القيامة فمن زحزح عن النار و ادخل الجنة فقد فاز وما
الحياة الدنيا الا متاع الغرور هذا قبر محمد بن ابن سعيد
و توفي ليلة الجمعة الربع عشرون يوم من شهر رمضان سنة
احد و سبعين و اربعاية و هو اشهد ان لا اله الا الله
وحده لا شريك له و ان محمد عبده و رسوله صلى الله عليه
و على اله و سلم تسليما .

Panormi ante fores S. Petri in Regio Palatio.

*Hoc opus Horologii præcepit fieri Dominus, & Magnificus Rex Rogerius anno Incarnationis Dominicæ* MCXLII. *menfe Martio indiɛ̃t. 5. Regni ejus* XIII. *fæliciter*.

ῶ Θαῦμα καινὸν ο κραταὶοσ Δεσποτήσ Ρογεριοσ Ριξ εκ Θῦ σκηπτροκρατωρ τον ρυν καλὶνοῖ τῆσ ρευσησ Ουσιασ γνῶσιν νεμων απταιστον ωραιν τυ χρονυ ὢτιϐ τησ βασιλειασ χρονω Μηνι Μαρτιω ινδ. ε. ετ. ϛχΝ.

خرج امر الحسنة المالية المعظية الرجارية العلية ايد الله
ايامها و ايد اعلامها بعمل هذه الالة لرصد السلات بمدنية
صقلية المحمية سنة ست . و ثلثين و خمساية .

Ex

(a) Hæc verba & quæ fequuntur deprompta funt e Sura III. v. 186. & feq. pag. 138. verfionis Maraccianæ.

(b) Incœpit A. C. 1078. 14. Julii.

(c) Omnes hæ infcriptiones literis cuficis exaratæ in archetypis funt. Maxime vero fingularis eft fcriptio hujus lapidis fepulcralis: charactere enim cufico africano defcripta eft.

## V.

*In nomine Dei miſeratoris miſericordis . Propitietur Deus , pacemque largiatur ſuo prophetæ Muhammedi , ejuſque familiæ . Omnis (a) anima guſtatura eſt mortem : & quidem rependentur vobis mercedes veſtræ die reſurrectionis . Et qui elongatus fuerit procul ab igne , & introductus fuerit in Paradiſum , jam porro erit beatus . Et non eſt vita mundana , niſi ſupellex fallaciæ . Hoc eſt ſepulcrum Muhammedis ben Ebn Said. Obiit nocte feriæ ſextæ, die vigeſimo quarto menſis* Ramadhan , *anno* quadrigenteſimo ſeptuageſimo primo (*b*). *Et ipſe teſtatus eſt , quod non ſit Deus, niſi Deus, unicus, cui ſocius non eſt , & quod Muhammedes eſt ſervus & apoſtolus Dei , cujus propitiatio & pax omnimoda ſit ſuper illum , & ſuper familiam ejus* (*c*).

## VI.

*O ſpectaculum novum ! Fortis Dominus Rogerius Rex ex Deo ſceptrum tenens fluxum frænat fluentis ſubſtantiæ , cognitionem diſtribuens errori haud obnoxiam horarum temporis . An. Regni .. menſe Martio Indict.* v. *an.* 6650. (*d*).

*Perfectum eſt , demandatum , egregium , pretioſum , liberale Rogerianum ſolarium , cujus dies Deus confirmet , ejuſque ſigna durare faciat . Largiatur quæſo Deus ſalutem in præſidiaria metropoli Siciliæ* anno quingenteſimo trigeſimo ſexto (*e*).

## VII.

(*d*) Hanc verſionem primus , quod ſciam , in lucem emiſit Fazellus D:c.1. lib.VIII. pag. 329. edit. de Amico , ex eoque deſcripſit Pirrus Tom. II. pag. 1358. Vocem vero ἀνταίτιον , quam a *peccato immunem* tranſtulit , rectius *errori haud obnoxiam* vertendum fuiſſe judicavi . Notas vero chronologicas ita latine reddidit . *Menſe Martio ind.* 5. *ſalutis anno* 1142. *Regni ejus* XIII. Sed hæc parum conſentanea ſunt græcis notis , quas ex archetypo ipſi deſcripſimus .

(*e*) Incœpit A. C. 1141 . 6. Auguſti .

Ex Archivio Capitulari Ecclesiæ Panormitanæ:

بسم الله الرحمن الرحيم الحمد لله حق حمده .
لما كان بتاريخ العاشر من شهر ابريل الكاين فى سنة ثلاث
و اربعين و خمساية الانذقتس الثانى عشر.
خرج الامر العالي المطاع زاده الله علا و مضا لديوان
التحقيق المعمور بان يعطا لرهبان كنيسة الهرهر من الربع
الديواني برسم حرث اربعة ازواج ما يبذرماية و عشرين مدا
و ذلك برسم الاربعة رجال الذين بايديهم من جملة الخمسة
رجال التي اعطين الكنيسة لاجل ان ليس لهم رباع وهم
على بن الزغاري و عبد الغني بن الحريري و ابراهيم
ديوصال و عبد الرحمن بن حشواس و اولاده و اولاد عبد
الرحمن بن علالبي الجملة خمسة رجال من اقليم جاطو منهم
اثنين

---

(a) Hoc diploma in pergamena longioris folii descriptum est, & quidem nitido, elegantique charactere نسخي *Neschi*, quo scilicet apud Muhammedanos Coranus solet scribi, & quo nos in edendis Arabum monumentis utimur. Voces vero omnes ut plurimum nexibus arbitrariis invicem colligantur, atque adnectuntur. Animadvertendum præcipue in eo est, nedum sæpissime punctis diacriticis, sed motionibus seu vocalibus aliquando, & signis instructum esse. Idem hoc diploma transcriptum & latine redditum cum doctissimo Tychsen, epistolis missis vIII. Id. Aprilis hujus anni, communicavi, isque, literis mihi humanissime datis Idibus Maii, versionem meam calculo suo probavit.

(b) Incœpit A. C. 1148. 22. Maii.

(c) Non me latet ديوان *Divan* proprie *Senatum*, *Concilium* significare. Sed hic uti sonat vertenda erat hæc vox. *Duana* enim sub Northmannis, & Suevis erat veluti Magistratus, qui patrimonium regium procurabat. Et fortassis hujus vocis origo, de qua inter eruditos non convenit, ex radice arabica repetenda est.

Sub

## VII.

*In* (*a*) *nomine Dei miseratoris misericordis . Laus Deo , ei enim laus debetur .*

*Sub æram* decimi diei mensis Aprilis,anni quingentesimi quadragesimi tertii, Indictione duodecima (*b*).

*Exiit edictum sublime , colendum , quod Deus excelsus augeat , atque promoveat , Duanæ* (*c*) *veraci , & conservatæ* (*a Deo*) *, ut largiatur Monachis Ecclesiæ Elhurhur* (*d*) *quartam partem Duanalium , & describat agrum* IV. *jugerum , ut seminari possint centum viginti modii* (*e*) *. Idque cum assignatione quatuor hominum , in quorum manibus ea sunt , e summa quinque hominum , qui donantur Ecclesiæ , eo quod ipsi quartam partem non possident . Iique sunt Alj ben Azzagarj , Abd Algatj ben Alharirj , Ibrahim Diussal , Abd Arrahaman ben Hescius , & filii ejus , & filii Abd Arrahaman , summa quinque hominum e regione Giattu ,* quo-

---

Subjicit in laudata epistola Cl. Tychsen . *Facile tibi assentior dictionem* الديوان *hic* Duanam *indigitare . Favet huic sententiæ non modo contextus , sed & versio arabica in Bibliis polyglottis ver. gr. Exodi* XXX. 32. *Num.* XXX. 28 *Esdr.* IV. 15. *ubi modo pro regesto , modo pro telonio adhibetur . Ex quo adparet vocem hanc de quolibet collegio sive status , sive fisci administratorum intelligi posse .*

(*d*) Monasterium S. Nicolai de Gurguro Ordinis Cisterciensis a Theodoro Antiocho extra mœnia Urbis in via ad Corilionem fuit erectum . Ab anno 1498. nomen S. Mariæ de Gratia accepit : primum Benedictini , inde Fratres S. Francisci *de observantia* illud incoluere . Vid. Pirrum in Not. 1. T. 1. pag. 291.

(*e*) Hujus diplomatis fit mentio in alio Villelmi II. , exarato literis græcis , arabicis . & latinis , apud Cl Lo-Judice in monumentis Ecclesiæ Montis Regalis pag. 18. ex eoque intelligitur , quid significent hi modii. *Divisæ terrarum laboratoriarum , quæ datæ sunt Regio præcepto Monasterio sancti Nicolai de Churcuro , & sunt a quatuor paricela , scilicet ad seminaturam* centum viginti salmarum , *& sunt in tenimento Jati .*

اثنين حرش و الثلاثة ملس و الاسم الخامس منهم بيده
ربع من املاكه خارجا عن هذا الربع المذكور فامر ديوان
التحقيق المعمور لابي الطيب بن الشيخ اصطفان عامل جاطو
ان يخرج بنفسه و صحبة الشيوخ الثقات من النصاري
والمسلمين ويحد لهم الرباع الديوانية باقليم جاطو ما يبذر المابة
و عشرين مدا المذكور فسلم اليهم رجل ابن سول باقليم
جاطو و حدن رباعة بمحضر شيوخ ثبتت اسماهم اسفل هذا
الكتاب و شرح الحد المذكور الشرقي من على الجبل المطل
على غار شعيب حايل الطريق الحاملة الي غار شعيب
و الحد الدبوري مع مجري الماء الذي ينزل القنطرة الى
ان يجتمع بوادي اشجار جحوا و يرجع الحد الغربي مع
الوادي المذكور الي اعلا الجبل المطل على شلندة و هو
الحد

---

(a) Si licet conjicere, duo isti homines *asperi* forsan *rusticos homines*, *molles* vero *honesto genere ortos* videntur innuere. Ad hæc ita reposuit doctissimus Tychsen in laudata epistola. *De originatione, & significatione* τῶν حرش & ملس *dubius omnino hæreo. Lexica nos deserunt, & leges grammaticæ obstare videntur, quo minus pro appellativis sumantur, aut sine adhibita correctione, quam tamen ceu pestem fugio, intelligantur. Dubium quidem mihi nullum est, quin distinctæ hominum classes fuerint; sed quales proprie fuerint, ipse juxta cum ignorantissimis ignoro. De meo sensu si judicem, crediderim has dictiones, quas technicas reputo, potius e jure feudali Northmannorum, aut e more loquendi tunc temporis in una alteraque Siciliæ civitate recepto, quam ex arabica lingua, esse enucleandas. Posset quidem* حرش *aut* حراش *de hominibus nota insignitis, id est, honoratis, &* ملس *de effeminatis, seu vilioris conditionis hominibus, interpetrari, sed argumentis ex eorum scriptis petitis has significationes confirmare nequeo. Nugæ forte sunt, si quis* حرش *Latinorum* heres *aut* heredes, *hoc est, tales qui patrimonium ibi possidebant, &* ملس miles *aut* milites *provinciales reputare vellet.*

*Si*

*quorum duo ſunt aſperi, tres vero molles (a). Qui vero quinto loco nominatus fuit, habet propriam quartam partem in poſſeſſionibus ſuis, præter hoc quartum memoratum. Juſſit ergo Duana verax & conſervata Abj Al-Tajeb filio Doctoris (Senioris, Domini) Stefani Præfecto (Quæſtori) Giattu, ut exiret ipſemet ſociatus ſenioribus fide dignis inter chriſtianos & moslemos, atque cum illis deſignaret quartam partem Duanalium in territorio Giattu, ita ut in ea ſeminari poſſint ſupradicti* cxx. modii. *Tradidit ergo illis manſionem (b) Ebn Sahel in regione Giattu, ejuſque quartam partem definiit, præſentibus ſenioribus, quorum nomina inferius in hac ſcriptura exhibentur. Et declaravit prædicta confinia ab Oriente juxta montem, qui ſupereminet antro Shaaib ſecus viam, quæ eo fert: Limes occidentalis adhæret canali aquæ, quæ defluit uſque ad pontem, uſquequo conjungitur cum valle arborum ſpinoſarum (juncorum) at-*

*Si quid reperias rectius iſtis, candidus imperti*. Nuper vero incidi in aliud Villelmi II. diploma, ex quo lux aliqua hiſce vocabulis ſublucere poteſt. Ibi fit donatio رحل vulgo *Caſalis Ain Lien* prope Thermas, ejuſque homines etiam donantur, quorum aliqui nuncupantur حرس, aliqui vero غربا وملس Primi ii dicuntur, qui diuturno tempore vel integro ſæculo in aliquo loco commorantur, vid. Golium hic, alii vero peregrini ſunt, vel advenæ. Adeoque primi erant Siculi indigenæ, alii vero, qui alibi orti in Siciliam immigrantes, hic commorabantur. Adhuc vero neſcio, quomodo ad hunc ſenſum vox ملس trahi poſſit. Alia profecto monumenta expectanda ſunt, ut harum dictionum ſignificatio omnino certa evadat.

(b) *Rahhal*. Hoc noſtris quoque temporibus nomine pleraque Siciliæ loca inſigniuntur. Idque obſervatur etiam penes diplomata, & Geographum Nubienſem. Par. II. Clim. IV. Atque huc referendus eſt locus Falcandi, qui ait Cancellario datas fuiſſe *duas villas optimas, quas Siculi Caſalia vocant*, apud Caruſ. T. I. Bibl. Hiſt. pag. 460.

الحد الغربى من الرحل و يرجع الحد القبلى مع اعلا
الجبل الي ان يجتمع باول الحد الشرقى غلق الحد والشيوخ
الحاضرون فى هذا الحد مع السرذغوس ابن الطيب هم الكاتب
ارسو و رحدط جاطو و جفراي بن يانى برطنيق و مرتين
و نقوله اخو الكاتب ارسو و راوس يابربطرد و ثودربن دسيبسه
و لورنز الملسقالقو و من الشهود المسلمين عمر عبد الجبار
و على عبد الرحمن و ابو الفتوح بن ابراهيم و قد سلم هذا
الرحل المذكور بحدوده المحدوده فى هذا الكتاب بعد ان اثبتت
حدوده من الدفاتر بديوان التحقيق المعور على ما حده
السرذغوس ابن الطين بن اصطفان و الشيوخ النصاري و
المسلمون ثم كتبت لهم هذا النسخة لتكون بايديهم حجة لهم و
عليهم بعد ان قوبلت هذا النسخة المجدده بالنسخة الاولي
المكتوبة بالتريخ المتقدم ما سوا و جددت هذا النسخة لكون
الاولي لا تحمل الطابع الشريف الذي عمل في هذا السجل
تاكيدالها و دليلا على صحتها كتب بالتريخ رطيون الاندقتس
الثانى و سنة تسع و اربعين و خمساية.

✝ *Majo Dei & Reg. Gr. Ammiratus Ammiratorum.*

Ibi-

---

(a) Extat in eodem hoc noſtro archivio aliud exemplar hujus diplomatis, & quamvis punctis diacriticis paſſim careat, nihilo tamen ſecius hoc vocabulum ſuis punctis notatur, & addit دفاتر الحدود *Defetàr el hadud* ſeu *Regiſtra*, *Quaterniones Confinium*. En *Defetarii* Hugonis Falcandi l. c. pag. 293. quos deperditos fuiſſe ſub Villelmo 1. teſtatur, cujus vocis ſignificatio Scriptores noſtrates, atque Eruditos omnes adhuc torſerat, ipſumque Du-Cangium latuerat.

(b) Incœpit A. C. 1154. 18. Martii. Alterum exemplar, cujus modo meminimus, differt ab hocce in ſola deſcriptione confinium, & in poſtrema anni nota, quæ

*atque hic occidentalis limes redit cum valle antedicta ad cacumen montis ſeſe extendentis ſuper Shelendh, atque hoc eſt hujus manſionis occidentale confinium. Limes vero e regione redit cum jugo montis, uſquequo conjungitur cum primo orientali confinio. Explicit (limitum) deſignatio. Seniores vero in ea præſentes cum Serdhagus filio Al-Tajeb ſunt Scriba Erſu (Urſo) Rahadat Giattu, Gifraj (Goffredus) filius Jani Bartenik, Martin, Nikolk, frater ſcribæ Erſu, Rauben Jaber Bettrad, Thudar filius Daſiſh, Lurenz Maleskalku. Ex teſtibus Moslemis Omar Abd El-Geber, Alj Abd Arrahaman, Abu el Fatuh ben Ibrahim. Jamvero tradita fuit ſupradicta hujuſmodi manſio ſuis limitibus in hoc diplomate circumſcripta, poſtquam certo cogniti fuerunt ejus limites ex Regiſtris (a) Duanæ veracis, & conſervatæ, quemadmodum eos deſignavit Serdhagus Abj Al-Tajeb, & ſeniores chriſtiani, atque moslemi. Deinde ſcriptum fuit pro illis hoc exemplar, quo illud accipiant, uti proprium legale inſtrumentum, poſtquam collatum id fuit, & renovatum ex primo archetypo anterius exarato. Conveniens vero fuit, ut æqualis formæ fieret, & renovaretur hoc exemplar, propterea quod archetypon ſigillo viri Principis non inſigniebatur, quo hoc diploma munitur ad confirmandam probandamque ejus veritatem. Scriptum ſub æram Indictionis ſecundæ (quæ barbara, ſeu arabica non eſt)* anno quingenteſimo quadrageſimo nono (*b*).

*VIII. In*

---

ita ſub finem effertur. و ذلك بالتريخ سنة اربع و اربعين و خمساية بالندقتس الثلاث و عشر i. e. *Idque anno quingenteſimo quadrageſimo quarto, Indictione decima tertia*. Annus vero 544. cœpit A. C. 1149. 11. Maii. Exinde patet hanc donationem ſub Rege Rogerio delineatam prius fuiſſe; ſub regno vero Villelmi 1. inde perfectam.

Ibidem.

بسم الله الرحمن الرحيم هذا المكتوب في اشـــري
خديم * القصر المعور ملكه عبد الله الانـــصـــاري هـــذا قدم * forte
البيع المذكور جميع الدار التي من ارض صقلبة و بداخل
القصر القديم و القرب من باب السودا وبداخل الاسقوطني
النافذ من جهة تبليه الي شارع ى بابها ى نورها تانهي
الي درب الاسقوطني المذكور و منه مدخلها و مخرجها
..... و شرقيها تانهي الي دار القايد سيمون و تبليها
تانهي الي دار ابو الوادي ى غربيها تانهي الي دار بن
مجاهد عنبك فاشتري نقوله اشقر جميع الدار المذكورة
الحدود الوبوت و حدودها ارضاها ى علوها ى من انفها
و من تفقها و كل جو هو لها ى داخل فيها و خراج
عنها ى كل ما نفذ منها و انسب اليها اشتر الصحبيحا
خاير الاشرط في عقده بفسره ولا شي حباربطله ولا يولج.
سوا شروطها المحدود و المذكور في هذا الكتاب اثمن
جملة خمساية رباعي دوبية الجاير في حتن هذا البيـــع
بين

(a) Hoc diploma in pergamena descriptum punctis passim caret, præter literas ڧ & ڧ, ق quæ more africano exaratæ sunt. Unde patet illud charactere غربى seu mauritanico conscriptum esse. Infelicissima vero est scriptio, & literæ omnes evanescentes propemodum sunt.

(b) Antiquum hoc Castellum *Kassar* idem videtur cum eo, cujus meminit Geographus Nubiensis in descriptione Urbis Panormi. Ait enim: *Distinguitur hæc partes in duas, in Castellum scilicet, & in suburbia. Castellum est antiquum illud, atque celebre & c.* فالقصر هو القديم ى المشهور & c. Par. II. Clim. IV.

## VIII.

*In nomine Dei miferatoris mifericordis* (*a*). *Hoc* (*inftrumentum*) *confcriptum eft pro venditione antiqui palatii* (*a Deo*) *confervati*, *quod poffidebat Abd' allah Alanfarj*. *Venditio fupradicta eft totius domus*, *quæ eft in terra Siciliæ*, *quæque vergit in antiquum Caftellum* (*b*), *portæ Affuda propinqua eft*, *& in Skuttinj vergit*, *atque evadit in latere meridionali in viam majorem ac rectam*, *ejufque porta & lux attingit terminum viæ prædictæ Skuttinj*, *ubi quoque eft fuus exitus*, *& ingreffus*... *Ex latere orientali attingit domum Alkajd Simonis*, *ex meridionali domum Abu Alvadanj*, *ex occidentali pertingit ufque ad domum Ben Magiahd Atik. Emit vero Nicolaus Ashakar totam fupradictam domum fuis limitibus convenienter circumfcriptam*, *cum fuis confiniis tum in infima ejus parte*, *tum in fuperiori*, *& quæcumque ad eam pertinent*, *eæque conveniunt*, *item omnia*, *quæ in interioribus ejus partibus funt*, *tum extra*, *tum intus*, *tum ea quæcumque ex ipfa proveniunt*, *& ad eam referuntur*. *Complete vero emit*, *& libere ftipulatus eft quæcumque in hoc contractu declaravit*, *abfque eo quod nihil irritas faciat*, *aut vitiet conditiones definitas atque defcriptas in hoc inftrumento*. *Perfolvit vero pretium quingentorum quartorum Ducati* (*c*), *quibus utuntur in fimilibus hifce venditionibus Sicu-*

(c) Apud Adler habentur duo nummi argentei ficuli arabico-latini, in quorum uno infcriptum eft in area *quarta tercenarii*, in altero *tercia Ducalis*. Mufeum Cuficum Borgianum pag. 85. 160. Et quemadmodum adnotante doctiffimo Borgia in fuis Memoriis Beneventanis T. 1. pag. 147. ea verba *tertia Ducalis ter-*

بين اهل صقليه نقص كل رباعى منها عن الوازن حبة
ذهب فنصب رتبس البايعه المذكوره من نقوله لشقر المشتري
جميع الثمن الذي جملة خمساية رباعى و صار اليها و فى
يديها..... بما يوجبه الاحكام فى شريف الاسلام فـــــي
البباعت و الاشرية و قبل ذلك بعضهم من بعض قبولا
طوع و جواذ امر بتاريخ شهر ستنبر التاسع و وافق من
اشهر العربى شعبان المكرم من سنة ست و ثمانين و خمساية
و ايبعن الدار المذكور بامر المولا الناصر فيه الله و اسعده
و بامر اصحاب ديوان القواية اسعدهم الله لما بين عندهم
ان رتبس البايعة و كانت اشتره عند روم غربا طلبوا فيها
ثمنا كثير......

Deinde ſequuntur nonnulla lectu difficilia, inde alia alieno charactere deſcripta, & fortaſſis originariæ ſunt ſubſcriptiones. Leguntur vero ſub fine clariſſime hæc verba.

الشري في دفاتر الديوان المعور بتاريخ العاشر من شهر
ستنبره الحول التاسع.

Ibi-

tertiam partem Ducati ſignificant, ita in hoc diplomate habemus quartos Ducati, quique aliam monetam *quartaia* ſcilicet *partem Ducati* exprimentem oſtendunt. Rogerius profecto, ſublata pecunia Romana, *edicto totius Italiæ partibus abhorrendo*, novos nummos iſtituit, quos *Ducatos* nominavit. Vid. Falconem Beneventanum apud Caruſ. Bibl. Hiſt. T. 1. pag. 379.

*culi*, *& deficiebat unusquisque quartus ab justo pondere granum auri*. *Constituta igitur atque ordinata fuit emptio prædicta ab Nicolao Ashakar emptore pro toto pretio quingentorum quartorum*, *in eamque* (*domum*) *concessit*, *ejusque dominio potitus est* .... *quemadmodum præscribunt judicia præstantissimæ legis Muhammedicæ in venditionibus atque emptionibus*. *Idque acceptum*, *ratumque mutuo habuerunt lubenti*, *& concordi mandato*. *Sub æram mensis* septembris, qui nonus est, quique ex mensibus arabicis respondet honorando Shaaban anno quingentesimo octogesimo sexto (*a*). *Venumque exposita fuit prædicta domus ex mandato Regis*, *quem Deus adjuvet*, *fortunatumque faciat*, *& ex mandato Præfectorum Duanæ potentis*, *quibus Deus auxilium ferat*, *postquam ipsis manifestum fuit dispositam fuisse hujusmodi venditionem*, *eamque domum emere quæsivisse nonnullos advenas Græcos ingenti pretio* ....

Descripta fuit *emptio in quaternionibus Duanæ* (*a Deo*) *conservatæ*, x. die mensis Septembris, qui nonus est anni.

*IX*.

(*b*) Incœpit A. C. 1190. 8. Februarii. Mensis vero Shaaban cœpit eo anno die 111. Septembris.

Ibidem.

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على محمد نبيه و
صحبه و على اهله و سلم تسليما هذا كتاب من عبد
الرحمن بن عمر ابى السرا اللواتى و من حسن على
الكندي المعروف ابى الخندر وكتبا بينهما و ثبن و حجة
و مناقلة و معاوضة و مباجلى و صحايح جايزة و اشهدا
بجميع ما فيه و هو الحاج عبد الرحمن البذال بذكرة
منهما فى هذا الكتاب و حارته و ملكه جميع نوبة ماء
من ماء العين من ارض صقلية بالفحص الغربى من
مدينة بلرم و هي العين المعروفة بالمنانى الجارية الي سقي
جنات الموضع المعروف برج البطال و هذه النوبة الماء
المذكوره من ماء العين المذكوره تانى في احد الدروب التي
هي ثلثة دروب ماء هي جميع شرب ماء العين المذكوره
من احد عشر يوما و قبضها يوم نوبتها في الدروب المذكور
من طلوع الفجر الذي يحرم به الاكل الصايم متصلا ذلك
بتمام اليوم كله مع الليلة المتصله الي طلوع الفجر
المذكور من اليوم الثانى فيكون طول اقامته في وقت
يوما و ليلة و هذه النوبة الماء المذكوره على رتبتها الموصوفة
بملكة الحاج عبد الرحمن المذكور يبادل بهه نوبة ماء في
يدي حسين بن على المثنى بذكوره في هذا الكتاب و هي
حارته

(a) Hoc diploma in pergamena charactere نسخي descriptum est, & punctis diacriticis passim caret.

IX.

*In nomine Dei miseratoris misericordis (a). Propitiatio Dei sit super suum prophetam Muhammedem, ejusque socios, atque familiam cum pace perfecta. Hæc est scriptura Abd Arrahaman ben Omar Abi Assara Alluatj, & Hossein Alj Alkendj nuncupati* (seu cogniti sub nomine) *Abi Alkander. Eamque conjunctim scripserunt uti certitudinem, & firmum argumentum translationis, & commutationis sufficientis, completæ, & mutuæ, atque uterque sancte juravit super omnibus, quæ in hoc instrumento continentur. Profecto Hagj (b) Abd Arrahaman largitus est in eo, ad conservandam* hujus translationis *pro utroque memoriam, & vicum, & dominium suum totius vicis aquæ ex aqua fontis in regione Siciliæ in habitatione occidentali Urbis Panormi. Fons ille Almenanj audit, isque decurrit ad irrigandum, inspergendumque locum, qui Borg El bettal (c) appellatur. Atque hæc prædicta vicis aquæ fontis descripti continetur in una viarum, quæ tres sunt, & in quibus omnibus potum præbet spatio* XI. *dierum. Jamvero dies profluvii hujus vicis in prædictis viis est ab ortu auroræ, in qua prohibita est jejunanti comestio, cum toto perfecto die, & sequenti nocte, usque ad primum diluculum alterius diei, ita ut duratio, & permanentia ejus comprehendatur spatio unius diei, & noctis. Atque hæc vicis aquæ supradictæ juxta descriptum ordinem erat in potestate Hagj Abd Arrahaman, eamque commutavit cum aqua, quam possidebat Hos-*

(b) Seu is, qui peregrinationem Meccanam obivit.
(c) Turris inertis, otiosi.

حارته و ملكه و هي نوبة ماء من ماء العين المعروفـه
بعروج ن من ماء العين ايضا المعروفه العن المبله التي
جميعهما من ارض صقلية بالفحص الغربي من مدينة
بلرم و هي ناني من ماء العين جمعا يبده ايام السقي
و الانبقاع بالمياه الي ان الاستغنا عند حسبها ذكر في
النوبة الاولي من ستة و عشر يوما الي مثلبه و يكون
قبضها من طلوع الفجر المذكور الي طلوع الفجر اليوم
الثاني حسبها هو مشروح في النوبة الاولي هكذا رتبـه
هذا النوبة ايضا..... و غيرا به احد هما في اموالهما ن
دمبهما على ما يوجبه البدل في المعاوضة بين المسلمين بما
يقضي به.

Et poſt nonnullas clauſulas, formulaſque Tabellionum more, ſequitur inſtrumentum.

و جملة الامر و صار ماء نوبة ماء الناني ملك الحسين
بن على دون عبد الرحمن الحاج بن عمر و دون كل احد
نسيبه و كذلك صار ماء نوبة ماء عين عروج و عين المبله
ملك العبد الرحمن بن عمر دون ملك حسين بن على ن
دون كل احد نسيبه و اشهدا بالله كله على القسمة جميع
ما نصبه المذكر في هذا الكتاب بتاريخ العشر الاولى من
جمادي الاولي سنة سة و عشرون و خمساية و فيه احد
في ثلثة مواضع مكتوب على الاول نوبة ماء و على الثاني
نو و على الثالث قبض.

Ibi-

*Hoſſein ben Alj ſecundo loco in hac ſcriptura nominatus. Vicus & dominium hujus vicis aquæ eſt ex aqua fontis, qui appellatur Aarug, & ex aqua fontis nuncupati Mabelh, atque uterque hic fons eſt in terra Siciliæ in habitatione occidentali Urbis Panormi. Tempus vero profluvii aquæ horum fontium, incipiendo a diebus irrigationis, & diſperſionis uſquequo ea non indigeant, eſt* XVI. *dierum eo modo, qui fuit memoratus in priori vice. Pariterque illius profluvium incipit ab ortu auroræ prædictæ ad ortum auroræ alterius diei, ſecundum quod enarratum fuit in prima vice, eodemque modo ſtabilita etiam fuit hæc vicis..... Eamque commutavit unuſquiſque eorum ſuper propriam vitam & opes, uti fieri convenit in permutationibus, atque eo modo, quo res inter Moslemos permutantur, & prout de iis judicantur.*

*Paucis: juſſum fuit ut vicis aquæ ex aqua fontis Al-Menanj ſit in poſſeſſione Hoſſein ben Alj, ſecluſo Abd Arraman Al Hagj ben Omar, omnique alia perſona, quæ ad ipſum pertineat. Pariterque vicis aquæ fontium Aarug, & Mabelh ſit penes Abd' Arrahaman ben Omar, excluſo dominio Hoſſein ben Alj, omnique alia perſona, quæ ad ipſum referatur. Deumque ſanctè teſtati ſunt ſuper hac partitione (ordinatione), & omnibus iis, quæ ſtatuta ſunt, & quorum facta eſt mentio in hoc inſtrumento. Undecimo menſis* Giumadj Alaualj, anno quingenteſimo vigeſimo ſexto (*a*). *Atque in ſingulis his tribus locis inſcriptum eſt, ſuper primum* Vicis aquæ, *ſuper alterum* Donum, *ſuper tertium* Acceptatio. *X.*

(*a*) Incœpit A.C 1131.23. Novemb. Dies vero XI. Giumadj Alaualj incidit in 31. Martii 1132.

Ibidem.

بسم الله الرحمن الرحيم لما كان بتاريخ شهر .......
بالاندقتس الثانى عشر سنة اربع و خمساية و سبعين.
خرج الامر العالي المطاع الملكي المعظمي العلامي زاده الله
علا ومضا ان يكتب هذا السجل ينضمن ما انعم به مولانا
الملك المعظم القدس غليلم المستعز بالله المعتضد بعديــــه
المستنصر بعونه ملك ايطليه و لنكبرذه و قلوريه و صقليه
مغراطم لوزمنه الناصر الملى النصرايين و والده الملكة
القداسة مرغريطه خلد الله ايامهما و نصر اعلامهما على
الابطال.

Cetera alibi dabimus.

(a) Hoc diploma etiam in pergamena exaratum est charactere نسخى, & puncta diacritica parce admodum apposita sunt.

(b) Incœpit A. C. 1178. 19. Junii.

(c) Hoc titulo quoque in nummis insignitur Villelmus II. الملك غليلم المعتز بالله

X.

*In nomine Dei miseratoris misericordis* (*a*). *Sub æram mensis* ..... Indictione duodecima, anno quingentesimo quarto, & septuagesimo (*b*).

*Exiit mandatum sublime, colendum, regium, magnificentia, & sapientia præditum, quod Deus excelsus augeat, atque promoveat, ut scriberetur hoc diploma, quod comprehendit quæcumque benefice largitus fuit in eo Princeps noster, Rex, Augustus, Sanctus, Villelmus, qui in Deo gloriatur* (*c*), *illiusque adjuvatur auxilio, Rex Italiæ, Longobardiæ, Calabriæ, atque Siciliæ, salus, munimentum eorum, qui ad ipsum confugiunt, defensor, adjutor Christianorum* (*d*), *cum Matre sua Regina Beata Margarita, perennet Deus eorum dies, eorumque vexilla victricia faciat adversus audaces.*

XI. Ex

---

بالله *Rex Villelmus, qui in Deo gloriatur* apud Adler l. c. pag. 84.

(*d*) Hic etiam titulus in alio nummo tribuitur eidem Villelmo: ناصر النصرانيين *Protector Christianorum*. Ibid.

M

## XI.

**Ex archivio facræ domus Manfionis Panormi (a).**

*In nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Incarnationis millefimo ducentefimo quinquagefimo octavo, undecimo die menfis Februarii, fecundæ Indictionis, Regnante Sereniffimo Domino noftro Manfredo Dei gratia inclyto Rege Siciliæ, Regni vero ejus anno primo feliciter Amen. Nos Simonides Philippus Judex Panormi, Benedictus publicus Tabellio Civitatis ejufdem, & fubfcripti litterati teftes ad hoc fpecialiter vocati, & rogati, præfenti fcripto publico notum facimus & teftamur, quod providus vir Frater Tudinus Præceptor Domus Sanctæ Mariæ Theutonicorum in Sicilia, accedens ad nos, oftendit nobis quoddam privilegium arabica littera fcriptum, in carta membrana notatum, ab Illuftriffimo Rege Guillielmo recolendæ memoriæ indultum, bulla plumbea in feta violata pendente bullatum, factum Ecclefiæ Sancti Joannis Baptiftæ, fitæ extra Civitatem Panormi, de conceffione duorum Cafalium Marganæ, & Hajarzeneti, petens a nobis auctoritate judiciali dictum privilegium arabicum, exceptis nominibus villanorum notatorum in eo, quia non funt ad præfens ibidem, facere de arabico in latinum tranfumi de verbo ad verbum, & tranfumptum in formam publicam latinam per manus mei dicti Tabellionis redigi, & tranfcribi, ut apud omnes fidem & plenam intelligentiam de præmiffis, tanquam a veris originalibus, poffit affum . Cu-*

(a) Apud Clariff. Mongitorium. Monumenta Hiftorica Manfionis Ss. Trinitatis pag. 189. edit. Panormi.

*Cujus petitionem utpote juſtam diligentius admittentes, pro eo quod non erat nobis adeo plena cognitio ſcripturæ arabicæ, quoſdam probos viros Cives Panormi, videlicet Judicem Dioniſium, Notarium Raymundum Fiky, Magiſtrum Michaelem medicum, & Notarium Leonem de Blundo omni exceptione, & ſuſpectione carentes, coram nobis fecimus accerſiri, qui præſentialiter accedentes ad nos, & jurantes corporaliter ad ſancta Dei Evangelia, qui fideliter legendo, & interpretando nobis continentiam prædicti previlegii de arabica ſcriptura in latinam interpretati ſunt nobis, per eorum juramentum & fidem quilibet eorum per ſe pari & una voce concordes ipſum privilegium, & continentiam ipſius per totum, exceptis nominibus villanorum notatorum in eodem privilegio, in forma ſubſcripta eſſe, ipſa vero interpretatione, nec non & prædictis omnibus cum omni juris ſolemnitate diligenter inſpectis, quia vidimus dictum privilegium fore non abolitum, non abraſum, non cancellatum, nec in aliqua parte ipſius, & bullæ prædictæ vitium aliquod imminere, ſed in prima ſui figura illeſum exiſtere, ipſum de verbo ad verbum, nullo addito, vel mutato, ſeu etiam diminuto, in præſentem formam publicam per manus mei dicti Tabellionis, ad cautelam Domus Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis de Panormo fideliter duximus redigendum. Cujus privilegii tenor, exceptis nominibus villanorum notatorum in eo, talis eſt.* Menſe Decembris, tertiæ Indictionis, Anno Arabico nono quadrageſimo, & quingenteſimo (*a*), concurrente tunc anno ab origine Mundi ſexies milleſimo ſexcenteſimo ſe-

(*a*) Cæpit A. C. 1154. 18. Martii.

sexagesimo tertio. *Exiit Edictum a Majestate altissima Guillielmi Regis sancti, gloriosi, & pacifici jussu omnipotentis Dei, qui victoriosus est per Dei potentiam, magnus per suam altitudinem, & per ejus misericordiam, augeat Deus dies ejus, & multiplicet annos suos. Ad Doanam Regiam transmissum, ut scriberetur hoc privilegium &c.*

## XII.

### Ex archivio Ecclesiæ Cephalœdensis.

*In nomine Domini Amen. Anno Dominice Incarnacionis Millesimo Ducentesimo octogesimo sexto, mense Augusti, quinto ejusdem, quartedecime Indicionis, Regnante Serenissimo Domino nostro Domino Jacobo Dei gracia Inclito Rege Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue. Nos Thomasius Grillus Judex Civitatis Panormi, Notarius Benedictus puplicus Tabellio Civitatis ejusdem, & supscripti testes ad hoc vocati specialiter, & rogati presenti scripto puplico notum facimus, & testamur, quod ad nostram accedens presenciam prudens vir Gualterius de Bonentendi Civis Panormi optulit, & ostendit nobis nomine & pro parte Reverendi Patris Domini Juncte Venerabilis Cephaludensis Episcopi, quoddam scriptum factum per mandatum quondam Secreti Eugenii de Cales, qui in lingua arabica vocabatur Buttarib, in quo scripto notatum est de littera greca, & arabica in carta membrana, signatum signo consueto predicti Secreti Eugenii contencio infrascripta, petens ipsum scriptum pro parte dicti Domini Episcopi a nobis auctoritate judiciaria per manus mei dicti Tabel-*

*bellionis ad cautelam predicti Domini Episcopi; & Ecclesie sue Cephaludensis, & robur sui juris de lingua, & scriptura greca, & sarracenica in latinam transverti, & in puplicam redigi formam, ut apud omnes plena intelligengia, & fides ex ipso tanquam a vero & originario transumpto possit assumi. Cujus peticionem utpote justam ex officii nostri debito ammittentes pro eo quod nobis non erat adeo plena cognicio, & intelligengia scripturarum arabicarum, atque grecarum, quosdam probos viros supscriptos Cives Panormi scientes legere, & interpretari utramque litteram, & linguam grecam & arabicam coram nobis fecimus accersiri, videlicet Presbiterum Michaelem Procuratorem Grecorum Panormi, Notarium Johannem de Majo Clericum Grecum, Notarium Philippum Busbus, & Notarium Theodorum de Ecclesiastico scientes litteram & linguam grecam, & latinam tantum; Notarium Lucam de Maramma, Notarium Georgium de Johanne bono, Magistrum Muse Medicum Judeum scientes legere & interpetrari litteram & linguam arabicam, & latinam tantum; viros utique & fideles, ac omni excepcione, & suspicione carentes, qui omnes ad nostram presenciam accedentes, & jurantes corporaliter Christiani scilicet ad sancta Dei Evangelia, & Judei ad Toram Moysis de fideliter legendo, & interpretando nobis predictum scriptum in latinum, interpretati sunt nobis per eorum Sacramentum & fidem, quilibet eorum per se pari, & una voce concordes dictum scriptum per totum in forma supscripta, & facta interpretacione ipsa tam de littera greca, quam de littera arabica, & predictis omnibus cum juris sollempnitate diligenter inspectis, quia vidimus dictum scriptum fore non abolitum, non abrasum, non cancellatum,*



*nec*

*nec in aliqua parte sui vicium aliquod imminere , & translatum , examinatum , relectum , & auscultatum cum originali predicto in hanc presentem formam puplicam latinam radactum per manus mei predicti Tabellionis ad cautelam predicte Cephaludensis Ecclesie fideliter duximus transcribendum . Tenor autem dicte scripture de... talis est .* Mense Augusti presentis Indicionis octave , anno mundi sexto millesimo sexcentesimo octogesimo tercio . *Veniente me Eugenio Secreto dicto de Cales ad Casale Charse propter controversia , que habebant inter se villani de Ottomuranno & Casale Charse , de confinibus existentibus inter predicta Casalia , & precipue ut congregarentur Senes de regimine terrarum adjacentes , videlicet de Casali Michikemyde , Casaba , & de Cassaro , & de Gursa , & de Biccaro , & de Chiminna , & de Petralia , & de Calatabuturo , & de Policio , & de Cammarata , & de Cuscasino , quorum nomina supscripta in fine hujus scripti sarracenici , & abierunt in locum , ubi erat questio , & ibi precepi predictis Senibus ex parte potentis , & sacri Regis , ut dicerent veritatem de eo quod sciunt super hujusmodi confinibus , me autem tenente in manibus scriptum querens hujusmodi fines , quod detulit Sanson hujus temporis Bajulus Ottomurranni a Domino custodito Secreto .1. doane , & legente , & senibus ostendentibus fines , inventi sunt sic : Sicut ascendit per flumen flumen , quod descendit ad Casale Zyet , tendit usque ad Mandram , que dicitur Zumachi , & inde descendit ad Muddac , & inde vadit usque ad terram dictam Nadur Latsef , & inde descendit ad vallonum , qui dicitur Chandac eccarse , idest vallonus Bruc , quod descendit ad Miste ol balat , & transit vallonum ipsum , & ascendit*

*dit*

*dit per ferram ferram habentes lapides tres immobiles usque portam, que dicitur Babelgeramine, ideft, porta cervorum, ubi eft Rocca, in qua eft antrum, quod dicitur Gar legibe, deinde defcendit ad fontem, qui dicitur Ayn Saddit, qui eft prope mandram Elgeramine, & inde defcendit per ferram ferram usque ad caput Montis dicti Mikal Sintil. Videntibus autem omnibus confines predictos, & dicentibus, quod veri hii funt prenominati confines, & affirmantibus eos per Sacramentum Chriftianis & Sarraccenis manifeftata eft..... & fcriptis fuis noftro mandato menfe Augufti vicefimo feptimo, Indicione, & anno prefcriptis. Tenor autem fcripture arabice contente in eodem fcripto originali talis eft. Hoc fuit* tempore vicefimo fexto menfis Augufti anno quingentefimo feptuagefimo primo (*a*), Indicionis octave. *Prefentati funt fenes Chriftiani, & funt Notarius Bafilius Cephaludenfis, & Notarius Nicolaus de Petralia Jufticiarius, & presbiter Calo Joann de Biccaro, & Syr bonom de Cuftafin, & Syr Ricalinus de Calatabuturo, & Syr Johannes focer Benedicti, & Abbas Biccari churagnatus, & Presbiter Petrus de Biccaro, & Bernardus Presbiter de Cammarata, & Johannes Saffus de Cammarata, & Amatus de Cammarata, & Benedictus Corbifius de Cammarata, & Bafilius Hagius de Cammarata: & de gentibus Sarracenis, Gaytus Rahmun de Michiken, & fenex Aly filius Ychie de Michiken, & Senex Chalip filius Homur de Michiken, & fenex Hamet filius Abdelmumen de Michiken, & Gaytus Homur de Michi-*

(*a*) Cœpit A. C. 1175. 22. Julii.

*chiken & Gaytus Abdelguayti filius Abdeſſelem de Gurfe ; & Ebulforegius filius Abdiſſelem Africanus de Gurfe , & Gaytus Aly Petliti de Caſale Yhale , & Bubiker filius Sutoris de Caſale Yhale , & Gaytus Chuſein filius Abdelmuchſen de Caſſari , & Brahim filius Homur de Caſſari ſuper diviſa , que eſt inter flumen Marran , & Chariſio , & preſentavit Sanſon Bajulus in flumen Marran ſcriptum doane Mamur idem doane ſecretie continens declaracionem diviſe predicte , & fuit lectum in preſencia iſtorum prenominatorum chriſtianorum , & ſarracenorum , qui ſciebant nomina iſtorum locorum , quod continet diviſam predictam Eydei id eſt eamdem , & viderunt ad oculum idem , quod continet ſcriptum ipſum , quo in ſcripto inter declaracionem diviſe in loco verborum , que ceciderunt inter gentes fluminis Marran , & inter gentes Charſe , & eſt ſcriptum in dicto ſcripto ſic. Tranſit Turones tres , & deſcendit ſeptemtrionaliter ad flumen , quod deſcendit de Caſali Zeyet ad Caput Demnec Zemmah , & Demnec Zemmah eſt inter in diviſa , & dixerunt iſti Senes predicti , quod hec diviſa eſt locus in quo ſteterunt , & cognoverunt , & affirmaverunt , & inde aſcendit ad Muddac , quod eſt via revertitur occidentaliter ad Turonem nominatum Nadur Lacſeph , ideſt Cuſtodia Daynicellorum , & hic Turonus apparet in loco , & teſtimonium perhibuerunt hii predicti : contra idem vergitur per Nadur Lacſeph , & deſcendit inde ad vallonum Carfe , idem bruca deſcendentem de Miſie Elbalat , & tranſit vallonum predictum , & aſcendit per ſerram ſerram per viam Elchafat uſque ad portam Hayn Elgeramine , ideſt , fons Cervorum , & in hac ſerra ſunt tres lapides , & in alto rupis , que eſt in Bebelgeramine pre-*

*predicto est Cripta, que dicitur Car ellybe, que interpretatur Cripta Joculatricis, & postmodum descendit inde ad Ayn Saddid, hoc est, fons rubiginis, propinqua Dimnet elgeramine, hoc est, locus Cervorum, & hoc Dimne est in divisa fluminis Marrani, deinde descendit ad vallonum, quod descendit ad vallonum...., hoc est vallonus cisterne cognite per Carilme, hoc est, cripta aque, & transit per vallonum, & ascendit per serram serram predictam ad latus Migre el megil hoc est cursus cisterne, ex parte septemtrionali apposite ad rupem Fecamim, & similiter aqua cisterne ejusdem inter divisam fluminis Marrani, & ascendit per serram serram ad Caput Mekil Sentir. & inde steterunt cogitantes istorum senum super divisam predictam, & nomine locorum predictorum, & confirmaverunt ea cognicione eorum Eyche, hoc est, particulari, deinde juraverunt super hoc aliqui de christianis, & Sarracenis ipsis, & confirmatum est inter eos firmiter super eo, quod dixerit in presencia Senis Biccari Magister doane de secretis, qui arabice dicitur Duen Tahkik Elnam, hoc est, Doana veritatis tempore precedente predicto, & posuit signum suum in hoc scripto ad confirmandum & roborandum ipsum, que has bino allah quenehem elukil, hoc est, spes mea Deus & gracia Dei, & talis tenoris est signum dicti Secreti Eugenius ... Ad hujus autem supradicti ex dicto originali de verbo ad verbum transumpti fidem apud alios faciendam presens puplicum instrumentum exinde sibi factum est per manus mei predicti Tabellionis, meo signo signatum, subscripcione mei, qui supra Judicis, & dictorum Interpretum, & subscriptorum testium subscripcionibus, & testimonio roboratum. Scriptum Panormo &c.*

O Ex

Stilus Arabum Siculorum in designandis temporibus ante Northmannos.

Ex hisce monumentis primo colligitur Arabes Siculos sub Northmannis, & Suevis, ubi res eorum publicis privatisque memoriis consignabant, si nulla ibi mentio publici alicujus Magistratus injicienda erat, nec publica eas auctoritate conscriberent, ad suos deflexisse ritus, & nonnisi æram mensesque arabicos tantum adhibuisse. Id patet e Monum. I. II. IV. V. IX. Quod luculentissimum est argumentum ante Northmannos, dum rerum videlicet in Sicilia potiebantur, tempora, Muhammedanorum more, supputasse. Nec enim verisimile videtur Arabes Siculos sub Regum Christianorum imperio eos ritus arabicos usurpasse, quos dum Siciliæ imperitarent, & religio muhammedana Imperantium esset Religio, non habuissent. Præterquamquod monumentum III., aliaque, quæ alibi dabimus, id clarissime evincunt.

Post Northmannos.

Apparet secundo e Monum. VI. VII. VIII. X. XI. XII., ubi suprema auctoritate instrumenta aliqua exaranda erant, vel ab ea rata erant habenda, & confirmanda, licet in iis arabica æra usurparetur, fieri tamen non potuisse, quin vel annus aliquis christianus, vel mensis, vel characterismus aliquis anni christiani adhiberetur. Verum enim vero ex hac plurium ærarum in eodem instrumento conjunctione calculi nostri accuratissime conficiuntur. Ubi etenim de una ærarum constitit, aut alicujus notæ ex diversa æra petitæ tempus liquet, jam textura alterius æræ, ejusque ratio invicto argumento declaratur.

Hu-

Methodus reducendæ æræ byzantinæ ad vulgarem.

Hujufmodi diverfæ æræ in eodem inftrumento ufurpatæ habentur in monumentis VI. XI. XII., ibique ut plurimum Hegira, & computum Byzantinum conjunguntur. Priufquam vero ea inter fe conferamus, prænotandum hic videtur, byzantinam æram a creatione Mundi deductam ita effe comparatam, ut ante Chriftum natum ponantur anni 5508., quos fi ab dato anno demas, jam annus æræ vulgaris emergit. Ita Pirrus (*a*) Mabillonius (*b*) Montfauconius (*c*) nuperi artis diplomaticæ Scriptores (*d*), aliique quamplurimi. Sed ut fupputationes accuratius inftituantur, animadvertendum fedulo eft (idque nemo doctiffimorum horum virorum, ni fallor, hactenus animadvertit) quod quum civilis byzantinus annus incipiat a Kalendis Septembris (*e*), annus vero vulgaris a Kalendis Januarii, quumque ex. gr. annus primus æræ vulgaris incœperit decurrente anno conftantinopolitano 5509., ubi ille Septembrem attigit, jam iniit annus 5510. Et fic deinceps perpetua methodo. Adeoque primus annus Chrifti a Septembri ad Decembrem non jam anno 5509., fed 5510. refpondet. In quolibet ergo anno conftantinopolitano ad æram vulgarem reducendo, a Septembri ad Decembrem, non jam fubtrahendi funt anni 5508., fed 5509. Idem de Indictione feras judi-

(*a*) T. I. pag. 88. 89.
(*b*) De re Diplomatica lib. II. cap. 23. pag. 176.
(*c*) Palæographiæ Græcæ lib 1. cap. 6. pag. 38.
(*d*) Nouveau Traitè de Diplomatique Tom. IV. pag. 699.
(*e*) Petavius Tom. III. Auctarium de doctrina Temporum. Variar. Differt. lib. VIII cap. 5. de Græcorum æris, & Du-Cangius v. annus.

judicium. Quum etenim Indictio Romana a Kalendis Januarii exordiatur, Constantinopolitana vero a Kalendis Septembris (a), quumq. ex.gr. primo anno Christi, methodo προληπτικῆ, Indictio IV. conveniat, jam mense Septembri ineunte, pro Constantinopolitanis Indictio V. supputanda erit. Adeoque a Septembri ad Decembrem usque Indictio Constantinopolitana uno major est anno Indictione Romana, licet in reliquis octo mensibus pari inde passu procedant.

Reductio notarum chronologicarum in allatis monumentis.

His positis, monumentum VI. græca lingua exaratum habet annos a mundo condito 6650. & mensis martius ibi adnotatur. Respondet ergo anno vulgari 1142., isque etiam annus in epigraphe latina recensetur. Annus arabicus ibi descriptus est 536. Jamvero hic ab Hegira deductus incœpit 6. Augusti 1141., & desiit 26. Julii 1142. æræ vulgaris. Adeoque ab Januario ad Julium usque convenit A. C. 1142. Et profecto mense Martio concinnata fuit hæc Inscriptio, atque huic anno Indictio V. ibi adnotata congruit. Vides proinde, quomodo tres hæ epigraphæ tribus æris distinctæ in notis chronologicis exhibendis miro consensu inter se conveniant.

Diploma XII. annos habet byzantinos 6683., & mense Augusti exaratum fuit. Respondet ergo A. C. 1175. Annus arabicus ibi adnotatus 571., si ab Hegira supputetur, incœpit 22. Julii 1175. & desiit 9. Julii

(a) Vid. Petavium, & Du-Cangium loc. cit.

lii 1176. Ab Julio ergo ad Januarium congruit A. C. 1175. Jamvero menſe Auguſti conſcriptum fuit diploma, atque huic anno Indictio VIII., quæ ibi notatur, convenit.

Diploma XI. habet annum ab origine Mundi 6663., menſemque Decembrem. Quumque hic ex quatuor iis menſibus ſit, ubi anni 5509. ſubtrahendi ſunt, uti jam demonſtravimus, reſpondet ergo anno vulgari 1154. Annus arabicus 549. juxta Hegiram incœpit 18. Martii 1154., & deſiit 6. Martii 1155. A Martio ergo ad Decembrem convenit A. C. 1154. Jamvero hoc diploma menſe Decembri exaratum fuit. Et licet ibi Indictio III. numeretur, & anno vulgari 1154. nonniſi II. conveniat, omnia tamen in tuto erunt, ſi hic repetantur, quæ de Romanæ, & Conſtantinopolitanæ Indictionis diſcrimine modo diſſeruimus.

Reliquarum notarum reductio.

Cetera monumenta ita comparata ſunt, ut cum anno arabico characteriſmus aliquis anni vulgaris conjungatur, Indictio videlicet. In VII. diplomate tres notæ chronologicæ deſcribuntur. Annus 543. & Indictio XII. Annus 549. cum Indictione II. Annus tandem 544. & XIII. Indictio. Annus 543. incœpit 22. Maii 1148., & deſiit 10. Maii 1149. Ab Januario ergo ad Maium uſque huic anno reſpondet. Atqui diploma menſe Aprilis conſcriptum fuit, atque huic anno 1149. Indictio XII. convenit. Annus 549. incœpit 18. Martii 1154., & deſiit 6. Martii 1155. Indictio vero II. anno 1154. conguit. Annus 544. incœpit

 11. Maii

11. Maii 1149., & desiit 29. Aprilis 1150. Atque huic anno XIII. Indictio respondet.
Diploma X. habet annum 574. & Indictionem XII. Jamvero is incœpit 19. Junii 1178., & desiit 7. Junii 1179. Indictio vero XII. huic postremo anno convenit. Instrumentum tandem num. VIII. signatum habet annum arabicum 586., mensem arabicum Shaaban, ibique adnotatur huic respondere eo anno mensem Septembrem, & instrumentum conscriptum esse X. Septembris. Sed Shaaban inter menses arabicos est anni arabici octavus. September vero, teste ipsomet instrumento, est anni juliani nonus. Qua ob rem hi duo menses non congruunt. Ea vero tempestate convenere: quippe quum annus 586. ab Hegira deductus incœperit 8. Februarii 1190., mensis proinde Shaaban incœpit eo anno die III. Septembris. Atque decimo hujus mensis die instrumentum conscriptum est.

Exinde patet quamnam in supputandis temporibus rationem Arabes Siculis adhibuerint.

Paucis: Ita sunt comparata hæc monumenta, ut luculentissime demonstrent annos ibi descriptos nonnisi ab Hegira deducendos esse, adeoque eorum initium ab die XVI. Julii A. C. 622. esse arcessendum: ac proinde annum Arabum Siculorum lunarem fuisse, neque ad certam anni tempestatem adhæsisse, sed per totum anni juliani contextum fuisse evagatum. Quod si aliam anni Arabici Siculi formam, rationemque posueris, neque eos sequaris calculos, quos præscribunt vulgares canones, tabulæque chronologicæ, tunc mira annorum, monumentorum, diplomatum, histo-

historiæ, temporum perturbatio sequeretur. Et pro re diplomatica Sicula illud universim uti firmum ratumque statui potest, monumenta scilicet latina, ea profecto, quæ suprema auctoritate exarata sunt, ab Æra vulgari, græcanica ab Constantinopolitana, arabica vero ab Hegira numerare annos; ab ea videlicet æra, quæ apud eam gentem, cujus lingua instrumenta conficiebantur, obtinebat.

*FINIS.*

PANORMI EX REGIO TYPOGRAPHEO

*M. DCC. LXXXVI.*

TYPIS ARABICIS AIROLDIANIS.